BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
148
N
33
NAPOLI

Ex libris [illegible] Henrico Buonamicchio [illegible]

XXI. I. 25

XX. B. 29

J
38



VERONÆ. Ex Typographia Merulana M.DC.LIII.

NAPOLI

COLLEGII VERONENSIS

IVDICVM ADVOCATORVM

Doctrina, Natalibus, Honoribuſque Illuſtrium

ELOGIA

À IVLIO À PVTEO

Eiuſdem Collegij conſcripta,

Et Illuſtriſsimo, ac Excellentiſsimo D. D.

IACOBO CONTARENO

PRÆTORI,

Grauiſsimoque Nobilium

CONSILIO

VERONÆ

D.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Illuſtriſ. & Excellentiſ. Prætor,

Grauiſ. Nobilium Conſilium.

NON melius quam nomini Tuo Ampliſſimo (Præſes Excellentiſ.) acerbi id ingenij mei abortium neceſſum nuncupare duxi, cum de re agatur, qua Tu, ab gente tua nec abſimilis, præditiſſimus ſis. Pauciſſimæ enimuerò Compatritiæ ſpecies, quæ Tuam natalibus, virtute, & honoribus emulentur, nullæque deuincunt; Neminem ſiquidem latet, ac priſciora cuncta opitulantur monimenta, Sereniſſimam tuam propaginem ab Orbis, non Vrbis primordijs ſpectatiſſimam, ex Germaniæ præſtantiſſimis Proceribus Comitibus Reni emanaſſe, ex quo ab vulgo inerudito CONTARENI exin dicti eſtis, Verùm ſilentur hæc, non mutuato egent lumine, qui proprio natalium, & virtutum fulgore Orbem irradiant.

Dominicum, Andream, Iacobum, Nicolaum, Franciſcum Sereniſsimos Duces memorarem, niſi eorum inclyta nomina, præpotentiores telluris, æquoriſque Monarchæ, & coluiſſent, & trepidaſſent.

ſent. Teſtentur Illirici, quibus Dominicus Iaderam ſubripuit; teſtentur Iapygienſes rebelles, ab eodem profligati; teſtentur Targeſtini eodem perduelionatu notati, ab Andrea deuicti Carrarienſes ſuperati, & Ligures fuſi. Teſtentur tandem nouiſſimi, qui Nicolai, & Franciſci fermè ſucceſſiuè dignouere virtutes, hoc eſt Mundus totus.

Nec deſunt Exercituum Præfecti, tot nedum quot præteritarum rerum Scriptores, at quaſi quot folia. Literarum peritia Illuſtres innumeri, quorum (non tamen ex Gente ſolus Sacra Purpura indutus) Gaſpar adeò enituit, vt ab Eruditiſſimo Iouio elegantiſſimo Elogio cohoneſtari promeruerit. Patriarchæ, Epiſcopi, Abbates, quot Empirei ſydera, D. Marci Procuratores, Oratores quot ætates. Vrbes Ditionis omnes ad teſtimonium laceſſerem; quæ à quamplurimis tantæ Domus Præſidibus præcioſiores prouiſiones paratas retulere, at eis vnica VERONA exultat, cui præter Patrum memoriam, tres ferè ſucceſſiuè Prætoria dignitate præfuere CONTARENI, qui certatim Vrbis Iura, Ciuium commodum reparauere, quorum nouiſſimus eſt Tu IACOBE Excellentiſſime, cuius inſipientiæ meæ cimba meritorum vaſtitatem arare iuuentæ temeritati dicaretur, nullus enim Ciuitatis Ordo, qui ex Tua nullis præſcripta humanitate finibus gratias non reportauerit, nullus ab eiuſdem haud catenis deuictus, nullus qui Cardinalium virtutum vas, Virginum, & Viduarum clypeum, Pupillorum ſuſceptorem,

Vrbis

Vrbis iurium ſeruatorem, & adauctorem, copiæ enixum curatorem Te minimè appellet, nomen Tuum vniuoco applauſu extollat, diù vitam IACOBO exoptet, Principatum CONTARENO vaticinetur. Nullus demum iniuria depreſſus, qui expectatiſſimo Tuo aduentu aures non erigeret, cum diudicando nullam perſonarum, at iurium diſparitatem reſpexeris, & tandem, vt erga Tibi commiſſam Vrbem amor efficaciùs cuderetur, eandem vt nobiliſſimam filiam ſacro traderet fonti cohoneſtare dedignatus non es, quæ merita cuncta in exiguo monimento cumulauit, dum beneficiorum haud immemor, ſimulacrum marmoratum, pro roſtris, ſuper maiorum Comitiorum veſtibulo, erigi S. C. ſanciuit. Sed quid? dum talia referre audeo mentem propoſitam merita ſubripiunt.

Suſcipe igitur Senator Ampliſſimæ hos Vrbis noſtræ Iudices Aduocatos, qui cum Tuam virtutem, iudicandique rectitudinem dignoſcant, quales fuere Patriæ diligentiſſimi, inter cœlicolas, nomen tuum ante Iuſtitiæ Solem efferunt, vt maiora, quæ à Patria tua tibi parantur, feliciſſimo, vt erit, exitu adimpleas.

Nec itidem melius quam vobis (Patres Grauiſſimi) idem dicare animaduertere poteram, nedum cum de Viris numeri veſtri meritiſſimis peragatur, qui eorum ope eiuſdem iura ſuffulciuere per æuum; ab Vrbe enim ſtructa Cætum noſtrum præcipuum fuiſſe Ciuitatis membrum, & compertum

eſt,

eſt, & iura fatentur. Verùm cum de nobilitate agatur, qua ex proprio Sereniſſimi Principis ore decorati eſtis, nulli enim pauciuè Ditionis Conſilij, qui à tanto Principe Nobilium titulo cohoneſtati ſint, nec immeritò, cunctas enim Patritias Familias ex altis parentibus domicilia effugientibus: vetera exortas fuiſſe non ignoratis, nec non pauciſſimæ, quæ Iudicum Collegio donatæ non ſint.

Nemo itaq; veſtrum cum Excellentiſſimo Præſide, laborem hunc (qualis ſit) conſtanti animo ab aliorum inſidijs tueri ne dedignetur, vt non opus, at erga vos obſequium meum pergratum videatur. Valete.

Veronæ 19. Maij 1653.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Nominis Tui,
& Grauiſſimi Nobilium Conſilij

Obſequentiſſimus, & Deditiſſimus
Iulius à Puteo.

LECTO-

LECTORI
IVLIVS A PVTEO S.

Demiratus ſæpius ſum, cur, qui opiparis hymnis Illuſtrium Veronæ Theologorum, Philoſophorum, Medicorum, Poetarum, Hiſtoriorum, Bellorumque Ducum virtutes, & progreſſiones decantarunt de Illuſtribus Iudicibus, Aduocatis; ea tantum verba vix egerint, quæ apud Panuinium, Tintum, & alios ſuperficialiter, ac ſtrictim ſcripta reperiuntur: quamquam Æuo quocumque Veronenſem Urbem Sapientiſſimos extuliſſe Doctores notiſſimum ſit, & teſtatus fuerit, præter innumeros, Fr. Hippolytus *Doneſmundo Oratione in Comitijs Prouincialibus, & eorum Virtus Imperatoribus, qui in Oratores, & Conſiliarios ipſos habuere nota nedum fuerit, Sereniſſimis Italiæ Ducibus, qui tum pro Iuſtitiæ Præfectis, tum pro Generalibus, Vicarijs duxere Sereniſſimis, & Illuſtriſſimis Rebuspublicis, quæ à noſtratum Collegio Sindicos, appellationis Iudices, Prætores, Auditores, Oratores, & in Iure Conſultores efflagitarunt; Cæteris Europæ Principibus, qui eorundem perpenſis digeſtè virtutibus Equitum, Comitum, Marchionumque dignitatibus condecorarunt: Verùm Summis Pontificibus dum eos Canonicos, Aduocatos Conciſtorales, Apoſtolicæ Cameræ Clericos, Romanæ Rotæ Auditores crearint; & in Epiſcopos vnxerint? Demiratus, inquam, ſum cur Collegiati Veronæ Duumuiri, Prætores Vrbani, & Oratores, qui eorum prouiſionibus Decretis, & Legationibus adeo rebus publicis conſuluere; vt pauca nullaue reperiantur, quæ nuperam requirant indaginem: tanquam Patriæ Patres à Veronenſium Antiquitatum Scriptoribus culti minimè fuerint?*

Rationem ſedulò quæritaui, quæ tandem ſola ſuppetijt, hos ſcilicet Hiſtoriarum Anteſignanos omnes illuſtres nuncupari poſſe putaſſe, qui rigidis Collegij examinum obſtiterunt experimentis: at huçuſque non quieuit ani-

 mus,

mus, non quippè pleno Apoſtolorum Collegio Regni Cœlorum Claues datæ ſunt, nec ſuper eiuſdem petra Sanctiſſima Eccleſiæ molis conſtructa eſt.

Pauci quos æquus amauit Iuppiter.
Aut ardens euexit ad æthera virtus.

Quæſiuit quandoquidem quis inter Collegiatos virtute, natalibus, & honoribus floruere inſimul, & ita ſemetipſos Gentem, & Patriam illuſtrarunt; vt eorum inclyta nomina, mortalium adhuc pectoribus aureis celata caracteribus reperiantur. Collegij ideò Acta, Diplomata, Congiaria, vetuſtiſſimoſque conſului Codices, quos apud hæredes Bartholomæi Cartularij I.C. noſtri percelebris, Clodienſis Epiſcopi, & Veronenſium Antiquitatum enixi indagatoris inueni: vt ego qui Hiſtoriarum præcipuè ignarus tanto labori, quem feliciores Veronenſium Antiquitatum ſtyli aufugiere minimè parcerem: quod nec itidem abſq; maximo labore adimpleui, à pauciſſimis enim Iureconſultorum Nepotibus quædam mihi exhibita ſunt: alij verò talium ignari nedum eorum virtutum ſunt neſcij, verum ſuum Iureconſultum tanquam nouiſſimè natum audiunt obſtupeſcentes appellare, alij diuitijs tantum, honoris monimentis opprobrantibus oblectantur, alij præſentium non præteritorum ſæculorum curant acta: alij non virtuti, ſed humori cuidam peccanti antiquitatum indaginem malunt locare: alij demum incuriæ potius deditì quamquam Scripturas retinerent non ſemel ſunt requiſiti, & ad eorum Rhopala famulos, iterare neceſſum fuit, exoneratos tandem receptos, hiſce igitur cauſis ſi quid prætermiſſum fuerit, ſcribendi ariditati, ac ætatis imputes acerbitati cum annum tantum vigeſimum ſeptimum nuper expleuerim, neque Elogia hæc ad verborum elegantiæ, ſermonis leporis, dictaturæ nitoris, ac ſimilium, quibus careo, oſtentationem conteſcere duxi; ſed, vt quæ apud multos ſub obliuionis corticee diu delituerant, per reminiſcentiam comprehenderentur: neque, fateor, eadem publici Iuris facere decreueram, ſed potius, vt Muſeolus, quem Illuſtrium horum Virorum imaginibus exornare curo, eorum etiam factorum ac nobilitatis ſummula non careret. Verùm quibus debeo auctoritas eiſdem lucem interceſſit, nè igitur miremini hirquitallis, qui in hyperbaton ruunt.

BIBLIO-

BIBLIOPOLA Lectori S. D.

BINI tantùm ſupererant Menſes, cùm feliciſſimi, atque non ſatis comendati Regiminis Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi IACOBI CONTARENI Prætoris, cum Operis Auctor ad meam Typographiam acceſſit, atq; vt idem publici iuris facerem, ante eiuſdem Senatoris Ampliſſimi abdicationem, poſtulauit. Renui Ego, temporis breuitate ſpe quacumque abiecta, efflagitauit iterum, atque iterum; iterum atque iterum renui. Superauit tandem ipſius apud me auctoritas, & eius ſemper mihi gratiſſimis mandatis obtemperare fas fuit, opuſque quaſi impoſſibile, Viris excudendæ artis proximioribus prius hinc inde conuocatis, quò melius potui aggreſſus ſum. Quo factum eſt vt primas impreſſiones eiuſdemmet Auctoribus oculis ſubigere, vt meritis erratis abſtergerentur, & cum protypis euenirentur impoſſibile fuerit; Eius igitur, nec mei incuriæ errata ipſa permulta imputanda forent cum ex his ſatis me, & ipſum excuſatos eſſe crediderim, quæ ita ante quam legas, vt in notulis Operis in fine notatis reſtituas rogo. Vale, & me excuſatum habeas.

 Aeterni-

Æternitatis Atrium Quicunque Spectas
Jlluſtrium Virorum Imaginibus Coronatum
SCITO
IVLIVM PVTEVM
I. C. Veron. Collegij Praſtantiſſimum
Eiuſdem Potiora Lumina
His Nuper Sedibus Induxiſſe
Clariora Vt Patria Sidera Eminus Quoque Niteſcerent.
Propria Tamen Iuſto Sub Titulo Vix Intulit Nomina
Iubet Qua Æquitas Celebrari
Rigidior Quamuis Modeſtia Obſtet.
Non Patitur Fama Ingentia Merita Deliteſcere
Talibus Nam Orſa Promulgat.
Iulius à Puteo Veron: Patritius I. V. D. Clariſs.
Ab Atauis Nobilitatem, & opes:
propria ex Virtute Gloriam eſt conſecutus.
Iunior adhuc Patrias Dignitates promeruit;
VRBANA quoque PRÆTVRA
inter Ciues ſummus. Sua qui iampridem
conſuluerat Æternitati, alienam, nuper,
felix aſſeruit, marmora vincens, & aera.
PRÆTIOSÆ ADHVC SVPERSVNT
VERONENSIVM
INGENIORVM RELIQVIÆ
Altus Quas Modò Depromit
PVTEVS
Sitiente Vt Denuò Patria Scientiarum Gloriam
Reducibus Themidis Muſarumque Myſtis
VERONA SVI TANDEM MEMOR
Melioribus Iterum Artibus Refloreſcat.

F. Pona.

Sopra gli Elogij

DE SIGNORI GIVDICI AVVOCATI

Di Verona.

Opera dell' Illuſtriſſimo Signor

GIVLIO POZZO.

Fvgga vinto l'Oblio da le Memorie,
Che in queſte carte illuſtre Penna impreſſe;
Ed inchini quì 'l Mondo al viuo eſpreſſe
Di più d'vn Tullio, e d'vn Caton le Glorie.

Se vn GIVLIO fù, che i geſti, e le vittorie
Di ſe ſpiegar ſuperbamente eleſſe;
Vn GIVLIO è quì, che nobilmente inteſſe
Elogi à ſè, d'altri ſcriuendo Hiſtorie.

Se per l'vno immortal Roma è frà noi,
Ancor per l'altro ſia, ch'eterna viua
VERONA da gli Heſperij à' i lidi Eoi.

Mà trà i GIVLI la palma hoggi s'aſcriua
Al noſtro pur; poiche i Togati Heroi
Quegli eſtinſe Tiran, Queſti gli auuiua.

Paolo Zazzaroni Acad. Filarm.

IMPRIMATVR

Inquiſitor Generalis Veronæ.

IN Elogijs Iudicum, & Aduocatorum Collegij Veronenſis conſcriptis à Iulio Puteo fol. 106. incipiunt. *Nobiliſſimum Iudicum* finiunt. *Quod munus cum cæteris omnium exercet voto*. Nil contrarium Fidei Catholicæ inuenitur. In quorum fidem &c.

Dat. ex Ædibus Sanctiſs. Inquiſitionis Venet. die 14. Februarij 1653.

Ita eſt Fr. Ambroſius Inquiſitor Generalis Venet.

Noi Rifformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquiſitor Generale del Santo Officio di queſta Città, come nel Libro intitolato *Collegij Veronenſis Iudicum Aduocatorum doctrina &c. à Puteo conſcripta*, non v'è coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & ſimilmente per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Prencipi, & buoni coſtumi; concedemo licenza, che ſia ſtampato, douendoſi oſſeruar le Leggi in queſto propoſito. In quorum fidem &c.

Dat. li 27. Febraro 1653.

Vicenzo Guſſoni Cau. Proc. Reff.

Battiſta Nani Cau. Reff.

Pietro Vianoli Segretario.

INDEX
ALPHABETICVS GENTIVM

Quas præſertim hoc opus complectitur; multis earum ommiſſis, quæ in Iudicum Cathalogo legi poſſunt.

AEmilia 61.104.130. 223.296.
Æmiliana 175.
Alberta 48.126.158
Aligera 48.127.143.148.
Alterama 36.
Alearda 72.
Alegra 172.
Alcenaga 96.
Algarotta. 283.
Aliprand 88.
De Archo 124. 184.
Aruaria 48.
Ariuabene 119.
Auogadra 79.
Aurilenſis 104.
Ayma 67.

B.

BArbara 52. 176.
Baſta 186.
Balda 48.
Banda 31. 103.
Barbadico 75. 141.
Baiolotta 91. 194.
Bellina 145.
Bemba 175. 177. 194. 216.
Beccaria 205.
Bentiuolia 40.
Del-Bene 48.
Bernabucia 86.
Biuilaqua 40. 72. 80. 84. 104. 126. 144. 153. 174. 210. 221. 226. 236. 257. 258.
Biuilaqua de Lazſio 124. 158. 191.
Bolderia 194.
Bonioanna 285.
Bordonia 245.
Bocutia 59.
A Bouo 59. 275
Boninuenta 59.
Brayda. 209. 107.
Brenzona 80.174.194.215.296

Broyla

Broyla 27. *Bruna* 28.
Brandolina 105. *Burga* 93.
Buria 118.

C

Caballa 59.90.115.121.161
Caloria. *Caliara* 115.
Campanea 59.71.90.178.
Campa 72. 87.
Camina 123.
Canoſſia 210. 236.
Capella 180. 198. *Capello* 249.
Carteria 172.
Cartularia 175. 222.
Carlotta 292.
Carminata.
Carboneſia 33.
Caſtella. *Caſtellana*.
Caluaſina 303. *Caſtracana* 52.
Cerdona 187. *Cermiſonia* 245.
Ceruina 117. *Cioccha* 147.
Ciconea 214. *Circula* 46.
Cibò 55. *Clodia* 232.267
Cluſona 194.
Contarena 69. 123. 242. 249.
Cottia 211. *Coleona* 147.
Corduuica 158.
Corraria 168.
Cornelia 26. 104. 127. 214.
Condulmeria 238.
Collalta 116.
Comiſchia 123. *Cuſana* 32.
Cunia 55. *Curtiua* 109.
Cypriana 48.72.177. 256.

D

D'Auila 215. *Delfina* 142.
Dionyſia 42. *Donata* 207.
Doria 168. *Dulceta* 59.
Duſema 59. *Dunca* 109.

E

Erizzia 29.
Eſtenſis 84. 204.

F

Faella 96. 119. 141.
Fabri 66. 174. 204.
Faletra 289. *Fanzagha* 176.
Fabriana 215. *Faentia* 72. 85.
Feramuſca 249. 299.
Flatria 222. *Fontanella* 167.
Folcana 205. *Fois* 13.
Frangipana 143. 203.
Fracaſtoria 39. 148. 189. 193.
Fregoſia 226.
Fuſcarena 169.
Fuſcara 97. 115.

G

Galtalù 164. *Gabiana* 28.
Gazina 204. *Galaſſia* 88.
Gaualdà 135. *Geremea* 23.
Georgia 85. *Giberta* 141.
Gonzaga 55.157.205. 214.237.
Goda 117.
Gradenica 108. 259.
Griſalcona 36.
Graparia 59.
Gritti 108. 127.
Grandis 303.
Guarneria 149.
Guidotta 194.
Gulienzi 215. 243.
Guarienta 26. 90.
Guadagnina 78.

I

Iuſtiniana 143.175.216.259.
Iuliaria 185. 245.
Iuſta 71. 75. 130. 148. 157. 215.

Lauez-

L

Lauezolla 150. 170. 189. 226
Landa 160. 247.
Lauagnolla 90. 226.
Lambertazza 23.
Lafranchina 91. 100.
Leoniſſa 106. 147.
Liethſtaim 184.
Liſcha 48. 123. 124. 203.
Lodrona 184. 186.

M

Maphea 23. 45. 59. 91. 98. 145. 215. 226. 256.
Martinengha 65. 106. 144.
Maurocena 170. 177.
Mayneria 170.
Maripetra 69. 72. 97. 175.
Malaſpina 51. 54. 80. 106. 190. 228. 294.
Marcella 49. 127. 201. 243.
Madrucia 239.
Madia 52. 57.
Mambrotta 81.
Maronea 71.
Maura 49. 72. 97. 98.
Maluetia 112.
Mellata 147.
Memo 52. 215. 220.
Medices 215.
Monta 147. 174. 231.
Montanea 167.
Mocedica 86. 181.
Morana 46.
Montefeltrio 54.
Montenaria 72. 129.
Muſella 236. 306.

N

Nana 215.
Nauageria 195.
Nicheſolla 80. 100.
Nogarolla 36. 46. 72. 90. 91. 115. 141 159. 165. 187. 204. 226. 241
Nouarina 243.
Nogara 59.
Noualea 245.

O

Olduina
Ormanetta 173.
Orta 290. 298.
Ordemons 187.
Orbana 204.
de Oſſa 71.

P

Panzaticha 119.
Palauicina 294.
Panuinia 45. 195.
Peregrina 127. 140. 162. 181. 227 256. 258. 298.
Pegolotta 38.
à Perſicho 124.
à Pedibus magnis 33.
Pindemonta 192. 229. 247.
Pia. Carpij 237.
Pilata 59.
à Pigna 90.
Pompea 110. 145. 150. 151.
Poſtuler 200.
Portaluppia 226. 294.
Polentana 96.
de Principibus
Preſſana 73. 124.
Priula 160. 222. 243.
Prandina 232.
Praura 35.
Pulice 28.
à Puteo 32. 45. 74. 118. 123. 130. 135. 147. 155. 171. 260. 291. 296. 299.

à Putea 90.

Q

de Quinto 59.256.

R

Ambalda 115. 116.
Rangona 75.
à Riua 194.
Riaria 23.
Rizzona 78.
Rodulpha 98.186.225.
Rodegha 194.
Romea 223.
Rubea 142.

S

Sangeorgia 73.
Sanſebaſtiana 73.182.
Sacramoſia 164.240.
Sanbonifacia 30. 91. 119. 121. 237. 239.
Salutella 182.198.
Saibanta 131.185.222.
Santaiuliana 240.
Sanuta 84.244.
Sacca 67.
Salerna 91. 255.
Scaligera 21.26.38.116.123.126 137.195.237.
Scloppa 190.
Scazzata 150.
Scarampa 28.
Seraticha 126. 144. 157. 201.
Seruidea 35.48.188.
Seſſia 59.
Sfortia 69. 216. 222.
Simoneta 184.
Sinclyticha 299.
Soreſina 204.
Spuluerina 30.72. 90.91.112. 153.156.190.194.
Spinula 88.89.294.
Summaripa 81.83.

T

Tabula 113.
Thedeſcha 218.
Thomaſina 264.
de Tono 155.
Torniella 109.123.
Triuiſana 179.
Trona 82. 127. 201.
Trauerſaria 121.204.
Troiana 97. 223.
Tramarina 114.
Turriana 49.126.136.154.191. 230. 236.
Turca 168.200.

V

Valareſſia 177.
Valeria 215.216.221.223. 231. 247.
Vagnona 107.
Vberta 48.
Verzeria 171. 244.
Veneria 85.188.226.
Vermia 30.67. 90. 204.
Veritas 44.131.214.231.302.
Vendramena 244.
Vizzana 299.
Viccomercata 152.
Villardona 84.
Vrſina 213.

Z

Ancha 182.197. 301.
Zena 85.214.
Zenobia 98.
Zina 223.226.
Zucharella 36.

DE

DE QVIBVSDAM COLLEGII PRÆEMINENTIIS.



NOBILISSIMVM Iudicum Aduocatorum Veronę Collegium, quod ab Vrbe perſtructa pręcipuum fuiſſe Membrum compertum eſt, & ad Reipublicæ regimina ſuffulcienda Imperator frugi magnopere fore putauit. *Inſtit. proem.* Præeminentijs præmunire maluere Principes nedum, cum digniora munera ad Ciuitatis honorem,ac ſyntheſin properantia Collegiatis conferantur. Verùm, vt Iuuenes enixam diſcendi caperent cupiditatem. Iuribus fatentibus municipalibus.

Harum

Harum inter præcipuas, quæ ad Gloriæ cacumen Collegium extollunt perennis antecellenda eſt nobilitas, quam cum in maiorum claritate conſiſtere aſſeruerit. *Ariſtot.lib.2.Rhet.* vtrum maiores noſtri natalibus, virtute, & honoribus clariſſimos ſe oſtẽderint; huius opuſculi dilucidabit progreſſus, Ignobiles idcircò eiuſdem computari ſancionibus vetitum eſt, at illos tantùm, qui propriam, Auorumquè edocent nobilitatem, non vt eadem in ſuperbiam vertatur, cæteroſquè ſeù minuſculos deſpiciat: vt *Herodianus in Macr.* ſuſpicatus eſt. At quoniam Nobiles *D.Hieronymo in Ep.* teſte, nec ab antiquorum probitate degenerent neceſſitudine quadam compelluntur. Ob id *Virgil.*

Qui Viret in folijs, venit à radicibus, humor:
Et Patrum in Natos tranſeunt cum ſemine mores.

Informem tamen cum natura aliquandò pariat abortum, ita vt nobilium animi mores maiorum haud emulentur, ſed acolaſti vitijs potius inituntur: Eis tunc Præſtantiſſimi Saccarij occluduntur Poſtes: imò ex mera ipſius liberali munificentia potius probatiſſimos, doctioresque non adeò Nobiles adſcribi, nec inficiatur. Quid enim (inquit Mathæus) Abrahæ probitati nocuit Tharam Lutheorum Deorum Cultorem habuiſſe Patrem, cuius errores filialem gloriam ſordidare nequierunt.

Patritij illi, qui Collegij frui præeminentijs exoptant, vt à Patauino Conuocatu auctorati ſint, nemine penitùs exhitante, ſanciuit lex anno MCDXCVII. rogata, quos quidem ex eo ſolo decore, ceù ſolis radios, & luminaria coruſcantia vniuerſam Orbis Molem errorum tenebris profugatis irradiare ſcripſit *Paris meus de Puteo de Sindic.* neque id cautum eſt: quia Collegium auctorandi non habeat facultatem. Sed quoniam Doctores vix tantùm ſubire valent experimentum; Quorum doctrina, niſi ſæpiùs cribrata, ac approbata in Pictatium exarari nequeunt, tumque Iudicum, & Aduocatorum digniſſima nanciſcuntur epitheta, quæ quanti facienda, ne mihi (venia præmiſſa) aſſerere illiceat ijſdem Chriſtum appellari dedignatum non fuiſſe. Viuorum namquè, & mortuorum Iudex addictus eſt à Patre, *Act. Apoſt. cap. X.* ac totius Terrarum Orbis Paracletum nuncupat *Ioannes Ep. cap. 2.* Quid igitur mirùm, ſi Aduocatorum honorem Comitum dignitati præferant Scriptores? Maior eſt enim virtute ſua maiorùm facto comparato. Dùm ideò in Francorum Curia quanta Aduocatis præſcribenda foret merces agita-

agitaretur, Truitano Præſide conſultò reſcripſit Chriſtianiſſimæ Maieſtatis ærarium ipſorum labores retribuere valere nequaquam, quòd occulatè dignouit *Petrus Mathei lib. 5. ann.* 1602. dum Aduocatorum inter Illuſtriores priorem dignitates numerauit. Hinc eſt, quod Principes tanti Collegium magnifecerunt; vt priſcioribus ipſorum diplomatibus indultum ſit, vt quoties ingentis Princeps Epitheti Veronam adit eum obuiam Collegiati ad Vrbis poſtes occurrant; ac ſub Purpureo intromittant Tentorio, ipſumque ad hoſpicium tenus comeant. Ex quo Fridericum Imperatorem eos legimus Comitantes ex Collegij monimentis. Quò igitur ductus impulſu ignoto, alios numerauerit *Curtæ par. 2. lib. 16.* Si etenim Collegij vidiſſet acta, ità fortaſſis haud ſcripſiſſet. Legimus itidem Annam Candalam ex Gente de Fois Gallorum Regis Germanam ab iiſdem ſub Tentorio receptam fuiſſe Veronam, tranſeuntem Panoniæ Vladislao Regi nuptam. Idquè memorat etiam *Curtius loc. cit. & M. S. A. fol.* 52.

Eximiam quoque tanti Cætus exiſtimationem nouerunt non tantùm Scalidæ Anguigeri Cęſar, & alij, vt teſtatur Annibal Rochus non modici nominis extra Collegium I. C. at præter Sereniſſimos noſtrum Duces Summus Rom. Pontifex. Hiſce teſtante etiam *Panuinio Ant. Ver. lib. 6.*

Duo præter cætera noſtro in Foro ſunt digniſſima Collegia; alterum Peritiſſimorum Iuris vtriuſque Conſultorum, quod Feracis Matris redolens bonitatem præeminentiſſimis Virorum ingenijs antiquorum etiam memoria refloruit. Horam iam tum eximiam fecundæ prolis indolem agnoſcens, Benedictus XII. Pontif. Maximus in ampliſſimam familiam peruenturam publicam omnium artium Academiam conſtituit; omnibuſquè inſignibus auctorandi Conſultos Theologiæ, ac Philoſophiæ Magiſtros largo Pontificiæ benignitatis munere condonauit.

En Diploma.

B*ENEDICTVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dum ſollicitæ conſiderationis indagine perſcrutamur, quid ſit donum ſapientiæ, prætioſum quamq; illius deſiderabilis, & glorioſa poſſeſſio, per quam ignorantiæ tenebræ profugantur, ac eorum funditùs elliminata caligine mortalium curioſa ſolertia, ſuos actus, & opera diſponit, & ordinat in lumine veritatis: magno vtiquè deſiderio ducimus, vt literarum ſtudia, in quibus Margarita ſcientiæ reperitur laudanda vbilibet incrementa ſuſcipiant, &*

propenſius inualeſcant. In illis præſertim locis, quæ ad multiplicanda doctrinæ ſemina, & germina ſalutaria producenda idonea, & accommodata exiſtere dignoſcuntur. Cùm igitur Ciuitas Veronæ propter ipſius commoditates, & conditiones, quas plurimas apta non modicum generali ſtudio cenſetur. Nos profectibus Publicis multipliciter expedire credentes, vt in Ciuitate prædicta cultores ſapientiæ inſerantur fructum vberem largiente Domino in tempore producturi auctoritate Apoſtolica concedimus: Et tenore præſentium indulgemus, vt in Ciuitate præfata ſit deinceps in iure, videlicet Canonico, & Ciuili, & in Medicina, & in Artibus perpetuum Studium Generale: in quo Magiſtri doceant, & Scolares liberè ſtudeant, & audiant in facultatibus prælibatis: Et in eiſdem facultatibus magiſterij titulo valeant idonei decorari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Dat. Auenioni 10. Kal. Octobris, Pont. noſtri Anno V.

Æ. Fabri.

Qualis igitur Præeminentiarum Maior, quempublicum reſerare Gymnaſium, Viroſquè Excelſa doctoratus Laurea inſignire? niſi enim de tanti numeri ſcientia fiſus eſſet S.P. tanti ponderis curam eidem haud commiſiſſet, ſicuti Principes noſtri, qui tantam erga idem habuere ſcientiæ fiduciam, vt nec allegare, nec deffendere, nec ſimilia agitare voluere: niſi qui de ipſa Collegiatis, Callatis, Comitijs firmum teſtimonium perhibuerint. *Statut. Ver. lib. 2. ca.* 104. Quàm tamen Præeminentiam ob morum, ſententiarumquè varietatem ſtragis, ac luis depopulationem, bellorum excidium: ſed (quod dicere erubeſcit) Rabularum arrogantiam ad non Collegiatos quoque Illegalis prolatauit abuſus.

Conſilij Sapientis Iudicialis ferrendi Ius exiſtimationis quantùm mercatur, non ignoti iuris eſt: nam & ante Auguſti dies publicè reſpondendi ius ab eis, qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, tantùm dabatur, vt retulit *Pomponius l. 2. ff. de orr. Iur.* quos nuncupauit *Iuſtinianus Inſt. proem.*, & alibi Illuſtres, Magnificos, Excelſos, Magiſtros, Anteceſſores, & Sereniſſimum noſtrum Dominium Excellentes, Spectabiles, ac Clariſſimos, tunc cum D. Marci Procuratores Clariſſimorum titulo venerabantur.

Circa

Circa quam præeminentiam multa ſuperaddi poſſent, quæ cum à Pace Scala luculenter pernarrata ſint ijſdem me reffero.

Hoc porrò Sapientis titulum Collegiatis tantùm eſt, quia is demum in Collegium cohoptari quit, qui rigidis præmiſſis examinibus ſapientem ſe docuerit. Neminem etenim laudes, & honores abſque labore, & ſtudio adipiſci poſſe cenſuit *Cicero lib. 2. Orat.* vtquè hæc eadem præeminentia magis, ac magis perſeruaretur, binos Iudices Illuſtriſſimi, ac Excellentiſſimi Præſidis auſcultationibus ſemper adſiſtere Collegialibus iuribus cauetur, ne comiſibiles cauſæ ab alio, quam à ſapiente I. C. dirimerentur.

Alteram non ſileam præeminentiarum Maximam, vt cunctis ſemper tanti Collegij gloria innoteſcere poſſit: quæ cum ab hoc Sereniſſimo Dominio præſertim inducta ſit, eo magis emicat. Appellationes nimirum à ſententijs ab Illuſtriſs. Aſcriuij Liburniæ Vrbis Rectore promulgatis, quæ ad Collegium noſtrum interponuntur, vti noſtræ ad Excellentiſſimos Venetiarum Magiſtratus. Aliàs olim fuiſſe Romandiolæ Vrbes Collegium noſtrum Supremum Iudicem dignoſcentes, & ad ipſum tanquam ad Oraculum confugientes annuunt Collegij ipſius monimenta. Verùm temporis viciſſitudo, vel potius earundem infortunium, ab hoc feliciſſimo Dominio eas abdicauit, & poſtea miſerabili modo armorum modo aliarum anguſtiarum ſemper laborárunt enthelechia.

Vt tandem Cætus noſtri circum præeminentias regionem imponam, nam dum omnes referre audeo temeritate non vaco: quod magnopere redarguit *Cicero de offic.* prætermitto dignioribus ſubſellijs, tanquam Concilij Nobilium duces, ſeu (vt inquiunt) capita Clariſſimos Collegiatos fuiſſe donatos: ſine quorum vno Conſilium conuocari legaliter nequit, prætermitto ius præſentandi Sacerdotem pro D. Hieronymi Lathario in maiori Fanno, apud Reuerendiſſimorum Canonicorum Capitulum. Prætermitto eiuſdem Vicarium Sancti Georgij nuncupatum. Prætermitto Vectigalium, ac Extimariæ Iudices. Prætermitto Annonæ Præfectum Zigoſtatarum Iudicem nuncupatum, cuius Magiſtratus auctoritas, & fauor, tàm apud Romanos acceſſit: vt quæ alioqui perſonæ ad accuſationem minus idoneæ dignoſcerentur, ea in cauſa admittendæ eſſent. *Tap. Feneſtellæ cap. 15.* Prætermitto Immunitates Collegiatis à Sereniſſimo Dominio permiſſas. *Stat.*

Ciuit. lib. 1. *cap.* 118. Prætermitto cætera, quæ Collegij famam adeò extollunt, vt eiuſdem clangor inclytum proprium nomen vndequaque reboet.

Iuriſdictiones tantùm ſuperaddam, quæ Collegium, veluti Ampliſſimum Senatum exornant Ciuilem, ſcilicet & Criminalem: quæ quanti faciendæ ſat ſapere feliciſſimum hoc Dominium tantæ præeminentiæ conuocatum vix alium habere, qui à Vincentina Vrbe originem traxit. Ciuilis Iuriſdictio ad omnem lateſcit quantitatem, Criminalis verò gladij in facinoroſos animaduerſione tenus. Hæc Iuriſdictio à quatuor pro tempore ex Collegiatis exercetur, qui digniſſimo, & vetuſtiſſimo Conſulis titulo à Duodecemuiris ad vtilia, & à quinquaginta Decurionibus addicti decorantur, quod exactis è Roma Regibus à Iunio Bruto primum eidem Vrbi Almæ indutum fuit. *Feneſtell. Topic. cap.* 7. *Cic. in piſ.* 15. & Veronæ anno circum CMLII. ab Othone Imperatore, *vt M.S.A.fol.* 3. Conſules, hique quamquam minores nati, cæteris maioribus, etiam Equitibus, Comitibus, Marchionibus, non Doctoribus anteferuntur.

De Conſulatu ita Princeps Sereniſſimus noſter loquitur Duc. diei 2. Nouembris MDXXX.

Conſulatus Veronæ procedit cum ſinceritate, quæ conuenit prudentibus, & optimis Iudicibus.

Hæc præcipuæ Collegij noſtri Clariſſimi ſunt præeminentiæ, quas patefacere mea conatus ſum blateratione, vt pergratum eiuſdem numini immolarem holocauſtum, & Principum largitio erga idipſum continuò etiam alienigenis indicaretur. Faxint Dij, vt tanto Pacis ſub felici conticinio diù adquieſcere, decoribuſquè adaugeri valeat, vt eo magis in ſubditorum gloria Dominorum refulgeat.

Alphabe-

Alphabetica Auctorum ſeries è quibus Opuſculum depromptum eſt.

A

Lexander Canobius Arbor. Scaligerum.
Andreas Chiochus Med. de Illuſtr. Med. Col. Ver.
Acta Clar. Collegij DD. Iuriſtarum.
Annalia Reu. Capituli D. D. Canonic.
Andreas Torellus I. C. Clio Paraſ. Illuſtr. Fam. Plac.
Andreas Balcianellus Medic. diſc. contra Antim.
Arbores quarundam Gentium.
Alphonſus Ciaconius Vita, & res geſt. S. Pont. & S. R. E. Card.
Achilles Mucius Theatr. Bergom.
Annibal Rochus I. C. ſuper Statut. Colon.

B

Ernardus Bruſcus Elog.
Blondus Ital. Hiſt.
Bernardinus Corius Mediol. Hiſt.
D. Boui Vita.

C

Icero.
Chriſtophorus Lafranchinus Co. Eq. I. V. D. Orat. Nupt.
Cæſar Com.
Cepolla Conſ.
Cælius Maffiollus. Exeq. Co. Gentilis Turriani.
Fr. Cæſar Borſettus de Magnificentia Veronæ.

D

Effendens Laudus diſc. Hiſt. circa Laud. Pomp.

F

FRanciſcus Sanſouinus Fam. Illuſtr.
Fannuſius Campanus.
Fabricius Petraſancta Epiſt. Fam. de Puteorum origine.
Franciſcus Polla I. C. Elog.
Franciſcus Cerutti Elog.
Fauſtinus Mriſſeſſo.
Ferdinandus Ughellus Abb. Ital. Sacr.
Fides Principum.

G

GVlielmus Seruideus. I. V. D. Man. Scrip.

H

HIeronimus à Curte Hiſt. Veron.
Horatius lib. Epiſt.
Helias Capriollus Hiſt. Brixien.

I

IO. Nicola Faella Co. Eq. I. C. Epiſt. de Maffeiorum laudibus.
Ioannes Caramanius.
Jo. Petrus Creſcentius Fam. Jlluſtr.
Io. Baptiſta Paiarinus Cronich. Vincent.
Io. Ant. Panthæus præfac. ad diſcurſ. de Thermis Calder.
Inſtrumenta publica, & priuata.
Iouius Elog. Vir. Illuſt.

L

FR. Leander de Albertis.
Leonardus Aretinus Comment. Illuſt. Fam. Florent.

Lucas

Lucas Reſius Medic. Elog. Alex. Liſchæ Co. Eq. I.V.D.
Lapides Sacri, ac prophani.

M

MAtthæus Villanus Hiſt.
Matthæus Ruffus Ep. de C. Plinij II. ſup. Patr.
Marinus Caballus Eq. Venetijs Senat. M. S.
Matthæus Tortus Ver. Hieſuita. Elog. Fam. Liſchæ.
Manuſcripta A. & B. Michaelis Cauichiæ apud hæredes Epiſcopi Cartularij I. C.

N

NVncupatoria ad Vrbis Priuilegia lib. Stat.
Nicolaus Dolionus Hiſt.

O

ONuphrius Panuinius Antiq. Veron.

P

FR. Paulus Morigia Hiſt. Mediol. & Geſuat. vit. & nat. Illuſtr.
Policarpus Palermus I. C. Elog.
Priuilegia Imperatorum, Regum, ac Principum.
Petrus Matthæi.

R

RIchardus Streinius Baro, de Gentib. Roman.
Ricordanus Malaſpina Hiſt. Florent.

S

SEbaſtianus Erizzius Antiq. Numiſm.
Setta Epiſcopus Hiſt. Fam. Beuilaquæ.
Seruius Sulpitius.
Statuta Ciuitatis.

Torellus

T

TOrellus Saraina I.C. Fact. Veron.
Thomas Porcbacbius Hiſt. Fam. Malaſp.
Tit. Liuius. Dec.

V

VVolfangus Latius.
Virgilius.
Valerius Max.

BAL-

BALDVINVS SCALIGER.



OMNIVM, quos inuenerim, antiquiſſimus ab anno circum M C I. ex Sereniſſimo Scalidarum ortus germine eſt Balduinus, Alberti, & Maſtini Veronenſium Principum Abauus : cuius Eminentiſſimi Viri feracis Monimenta ingenij temporis iniuria iam labefacta reperio . At cum familiam adeò extulerit , vt poſteri tot Ciuitatum Dominio potiti, & Conſulatus, Præturæ, Canonicatus, Abbatiæ, & Epiſcopatus honoribus donati fuerint, & cum in præcipuis ſui temporis actibus eum memoret *Vghel. Ital. Sacr.* quin percelebris fuerit Iureconſultus hæſitandum non puto.

Hic Adamum Iudicem, Conſulem , noſtrum ſcilicet Collegiatum genuit (tunc enim quemadmodum hodie ſic Collegiati appellabantur.) Ex quo Iſnardum Nepotem ſuſcepit Iacobi priorum Principum Patris Genitorem. *Canobio teſte.*

Abeat igitur conuitioſa Villani fabula , Albertum, & Maſtinum villiſſimum Scalarum fabrum Iacobum Ficum parentem habuiſſe : niſi enim ita ſcripſiſſet cognomento acta nequaquam æquaſſet: Habeat Curtij erronicum dictum Inclytam ſpeciem ab Iſnardo , & Belgica transductam aſſerens *lib.* 8. Habeant cætera, quæ *Vuolfangus lib.* 12. *Canobius Arb. Scal. Saraina fact. Ver. lib.* 1. & alij Sylogiſticis, vt ita dicam, demonſtrationibus erroribus patefecerunt, imbuta .

Quis

Quis enim hanc Veronæ præter Canum Nobiliſſimam Vindeliciæ Familiam præſtantem gentem dediſſe negarit? cùm iteratum Canis nomen euidentiſſimè comprobet, alijs adminiculantibus, quæ ab eodem *Vuolfango, Sanſouino in Famil. Illuſtr.* & abundiùs ab Admodum Reuerendo Patre Petro Paduano Franciſcani Ordinis Magiſtro, qui, modò Scalidarum originem, & facta elegantiſſimè ſcribit, luculentiſſimè diſcuſſa ſunt.

De huius Familiæ amplitudine papiri volumina à felicioribus orbis calamis iam prodita ſunt. Nil ſuperdeſiderari quit, id tantùm memorabo Adamo, Balduino altero, Zocho, Bonifacio, Vgucione, præter Fridericum ab hac ſtirpe Collegium fuiſſe donatum, quorum vniuſcuiuſquè virtutes, & poſterorum progreſſiones exarare maiori pro quoquè hoc fas eſſet opuſculo.

ANTONIVS MAPHÆVS EQ.



Ciſalpinæ Galliæ Metropolis Felſina à Gallis Bois Boionia, vulgariter Bononia dicta. Iam ſub Romana Cæſarea, & Comitiſſæ Mattildis ditione redacta: ex bellis inteſtinis tandem moleſtiam ipſis vndique graſſantibus trahere inceptauit, ſub aduerſis factionibus Geremeorum, & Lambectaciorum; illi cum Pontificiæ parti, fauerent Bononiæ, Piſtorij Principatum, & moderationem à Sanctiſs. Paſtore obtinuerunt.

Ex Geremeis Nobilliſſimam Maphæorum Familiam prodijſſe-retur. Immo probatur, ex Io. Nicola Faella noſtro Iureconſulto, & inconcuſſæ fidei Equite in quadam Epiſtola ad Co. Hieronymum Riarium Imolæ Dominum ab Anno M. CD. XXX. Inſcripta dum hæc ad verbum exarat.

Trecenteſimus nunc Annus agitur, cum Bononienſis Reipublicæ ſtatus multis agitari procellis cæptus eſt. Maphei Romano Pontif. fauebant, & ex eis Antonius Eques, & Iure Conſultus huius Familiæ; ob eius merita, facilè Princeps: in quem S. Pontifex omne Imperium tranſtulerat, non ſolum Ciuitatis, ſed totius Prouinciæ gubernandæ. Hic vir erat quò alium neminem habuerant illa tempora Innocentiorem, neque vllo virtutis genere meliorem: publicis enim, & priuatis in rebus ità præſtabat cæteris; vt non minus venerandus, & colendus eſſet, quàm diligendus, & amandus: Alterius factionis erant Lambertacij homines eiuſdem Ciuitatis potentiſſimi, &c.

Hactenus

Hactenus Faella, cuius Obryzi verba Maphæios Lambertaciorum Hoſtes patefaciunt; Adminiculatur etiam eiuſdem opinio ex priuilegijs Caroli, Friderici,& Sigiſmundi Imperatorum Senatus Romani, & tandem Sereniſſimæ Reipublicæ, quæ gentem inclytam antiqua ab origine Bononiæ, Piſtorij Principem indicant. Quare cum Lambertacijs alij præter Geremeos minimè aduerſati ſint, vt omnes teſtantur Hiſtorici ex eis Maphæios originem duxiſſe, altercandum non eſt.

Hunc autem Antonium noſtri Collegij fuiſſe non hæſito Forenſes, quandoquidem Ciuilitate donati, & Collegium tunc temporis adquirebant, vt probant publica monimenta. Quod non tantum obtinuiſſe, at honores permultos idem Faella his litteris edocet.

Antonius dum mutare conditionem multis premijs inuitatus noluiſſet, nihil laude dignum putans prætermittendum, aut exilij, aut mortis, aut doloris metu cum ſuis omnibus exulare iuſſus eſt. Numeroſa Familia cum eſſet, nonnulli Genuam, plerique Bergomum, alij alias Vrbes cum petijſſent; Antonius Veronam conceſſit; vbi ſummis honoribus exceptus eſt.

Nobiliſſimam progerminauit Familiam Antonius; Cuius viri alio ſeculo ob Eccleſiaſticas, & Senatorias dignitates Romam profecti Vrbis Ciuilitate diplomate perhonorifico ex S. C. Donati. Adeo gentem extulerunt, vt alij ad Apoſtolicæ Breuiaturæ, alij ad Epiſcopatus, alij ad Archiepiſcopatus, alij ad Sacræ purpuræ faſtigium, veluti Marcus Ant. Bernardinus, & Horatius euecti fuerint.

Nec qui Veronæ permanſere ignota operum monimenta reliquerunt: alij enim Theologiæ, alij legum, alij Philoſophiæ, & Medicinæ Doctores ſunt declarati: alij Equites, alij Tribuni, alij ad maximos Principes, Oratores, alij Conæ, aliorumq; locorum cum poſteris Comites à Sigiſmundo Imperatore omnimoda Iuriſdictione, & Gladij poteſtate ſtruendorum, atq; inſtaurandorum oppidorum Iure, alij Marchiones, alij Canonici, alij Abbates, alij Archiepiſcopi, alij poſtremum à Sereniſſimo Dominio Ampliſſimis Priuilegijs, multorumq; Pagorum comitatu ſunt inſigniti, quorum tamen ſilendus non eſt Antonius alter, Franciſci Carrarienſis Eques, *Curt. lib.* 12. qui Veronam, ab imminentibus ærumnis orandi efficacia exemit, dum Imperij Vrbis Clauam eidem Principi publico iuſſu exhibuiſſet Anno M. C D. IV. *Curt. lib.* 13.

humatus

humatus eſt Vir Clariſsimus in Æde D. Leonardi extra, vbi Aram erexerat: ibique hæc adhuc leguntur.

Stirpe ſatus vetri Maphæorum Antonius omni
Virtute inſignis, ſimul ordine Clarus Equeſtri.
Hanc cum dote tibi ſacer . . . . . Capellam
Inſtituit miſerare pium quem ſancta ſepultum
Inſpicit Ara Virum natis miſerare benignis.
Et reliquam tutare Domum per ſæcula cuncta.
M. CCCC. XV.

Hæc verò ſuper Monumento.

Sepultura Generoſi Militis D. Antonij de Maphæis nati q. D. Franciſci de Contrata S. Ægidij Veronæ qui migrauit die XXVIIII. Menſ. Januarij Anno M. CCCC. XV.

Habuit hic filium Blaſium, quem D. Saluatoris Senioris ædem eregiſſe teſtatur hoc ſuper poſte marmor.

Blaſius Nob. Eq. D. Antonij Maphæi F.
Ex ſua ſibi viuens pecunia fieri fecit.

Nec ſolendi ſunt meritiſſimi Præſules tres fratres humati in Cathedrali, quò ante Altare ab eis erecto conditi exiſtunt. Hac Epigraphe.

Nobiliſſimis Maphæis
D. Franciſco, & D. Hieronymo Canonicis
D. Angelo Archid.
Fratribus benemeritis Helena ſoror Pientiſſima P.
M. D. XXIV.

Quaque præter Antonium tantæ gentis ſydera Collegio noſtro ſunt cohoneſtata Franciſcus veluti Marcus, Guido Antonius, Nicolaus, Bartholomæus, & Io. Vincentius.

C Guido

Guido cum præcipuos geſſiſſet Magiſtratus, & Eques fuiſſet addictus, occaſione Marci Cornelij Cardinalis Ampliſſimi Veronenſem Epiſcopatum recenter adeuntis vna cum alijs Illuſtrioribus Patricijs ipſum ſub Tentorio recepit Anno M. D. IV. *vt Curt. lib.* 16. Fuit & Legatus ad Vice Regem Neapolitanum Anno 1512. *id. loc. cit.* Quod tamen Viri exiſtimationem, & dignitatem indicat tantùm non eloquentiam, quæ cum Ciuitati pernota verò fuiſſet, vt Cæſareum Preſidium Veronam egrederetur, ne vberioribus moleſtijs amplius infeſtaret, ad Imperatorem Anno M. D. XX. vna cum Gul. Guariente Legatus eſt. M.S.A.f.61.

Nicolaus inter cæteras dignitates virtute conſequutus Legati munere functus eſt Anno M. D. LIII. In congratulatione Franciſci Venerij Ducis, à quo Eques declaratus eſt, *Curt. lib.* 20. Huius facundam virtutem comitatus priuilegium patefacit, exiſtens apud omnibus politioribus literaturis præditum Co. Rolandinum ex altero Nicolao Filio poſthumo Nepotem, qui non vulgari ædium ſtructura quas in facie olitorij fori videmus magno, quò fuit ſemper animo Patriam condecorat.

Bartholomæus maiorum æuo permortuus Iuriſprudentiæ eloquentiam adeo coniunxit, vt ab vniuerſa Patria non ſolùm, ſed à Leonis, & alijs ditionibus fuerit valdè excollendus: Honorificè Magiſtratus Patrios pergeſſit, Duumuiratus, & Præturæ Vrbanæ dignitatibus potitus, huius adhuc id extat monumentum ſuper Mercatorum Curia.

Quod felix fauſtumque ſit
Principi Ciuitati, & Mercatoribus ipſis, & Nobilibus
Bartholomæus Maphæus I. C.
Prætor
M. DC. II.

Huius Filius Io. Vincentius Paternam virtutem æmulatus, Genitoris dignitatibus addidit: vt ab Aloyſio Valareſſio Veronæ ob egregiè nauatum opus, graſſante Lue, Senatus nomine Eques declaratus fuerit Anno M. DC. XXX. Quò perpetuus ſanitatis extabat Prouiſor.

Superſtes modo eſt, Pyrus Maria Frater, Ciuitatis ſecundo Duumuir eruditionibus cunctis imbutus.

IACO-

IACOBVS DE BROYLO.



CVR æterna à Scriptoribus comendatione Iacobus donatus, & cur inter Illuſtriores noſtrates Iureconſultos exaratus haud ſit, miror profectò. Præter etenim Illuſtria natalia, quibus Veronæ plus antea annis ſexcentis Broyla gens gaudet: eximia adeò virtute præditus fuit; vt ea ſcripſerit, quæ ſibi, & Patriæ immortalitatis nomen quæſiuere; quamquam temporis iniuria multa à tineis corroſa, & labefacta reperiantur.

Ardizzonis hic Genitus, quem ſtudiorum Athenæum, quem eorundem Præceptorem habuerit eius Operis initio ita teſtatur.

Cum Bononiæ ferè amore legalis ſcientiæ diſcendæ exularem; & perſonam ibidem exinaniſſem; quod ſæpè ſcholares facere contingit, quam ſolam noſtro tempore viuendi rationem optimam eſſe putaui, cùm nunquam decipiatur, qui frequenter legerit, & mens fruſtra vacans nihil bonorum parit, audiens Ius Ciuile à D. Azone Iuris profeſſore legalis ſcientiæ moribus, & facundia vndiquè perito; alioſque præcellenti, vt facere debuit, & fecit, ac poſt eius mortem, cuius animæ propicietur Altiſſimus à D. Vgolino de Presbytero, qui meritò Sacerdos appellatur, Viro ingenij acutiſſimi, colligenſque argumenta ſubtillimia, & vtilia ad queſtiones Feudorum pertinentia ab eiſdem collectis hinc inde argumentis: viſum fuit vtile mihi Iacobo de D. Ardizone de Broylo, à quo originem ſumpſi: ad cuius commemorationem, & honorem ſignum AR. gloſulis meis; & ſu-

mulis appoſui: ad hæc enim me edidit, vt memoriam ſibi in euum reſeruarem: perſona cuius mihi ſemper honeſta, & ſancta debet apparere: Cui tàm mortuo, quàm viuo debet honor exhiberi, qui etiam Originem duxit Patriæ Veronenſis, quæ Hybernus vocatur: in qua etiam Otho filius Othonis Regis, & Conradus Rex Burgundiæ cum omnibus Italiæ proceribus colloquium habuere. Origo enim auctoris nominanda eſt, & per eum nobilitanda. Repetere viſum fuit mihi &c.

Hæc ſcripſit Iacobus in eius verſatiſſima SVMMA SVPER VSIBVS FEVDORVM: quæ habita eſt ex Bibliotheca multis antiquitatibus imbuta, eximij I. V. D. Domini Danielis Scarampi Iunioris Haſtenſis Patritij: & typis tandem mandata iuſſu DD. Alberti Bruni I. C. & Balthaſſaris de Gabiano Danielis Compatritiorum: vt Franciſcus Silua Bibliopola in operis fine aſſerit.

Vixit circa annos MCCXLIX. Accurſij Condiſcipulus Imperante Friderico II.

Honores, quibus Iacobus potitus fuit, temporis iniuria computare non annuit: Supremos attamen ſcandiſſe inexitanter Natalibus, ac virtute Ducibus reendum eſt.

Cuius verò originis ſtirpe propagatus fuerit ignoro, eam tamen ex antiquiſſimis diplomatibus de Pulice vocatam fuiſſe colligitur, de Broylo verò, cum Domus in Broyli Regione D. Beatricis Scalanæ Delphini Maguzani nuncupati filiæ Vbaldi de Pulice de Broylo conſanguineæ Germanæ ad hanc familiam, iure Feudi fuerit deuoluta, vna cum decima vocata de la Scala, nempe Septimi, Caſtrirupti, Negarinarum, Oxani, Corubij, Caſtelli, & à Caſtello, & Corubio inferius vſque ad Atheſim, videlicet Sancti Floriani, Sancti Petri in Cariano, Burarum, Fumanarum, ac pertinentiarum, vt ex ijſdem Scalanorum Principum diplomatibus, Bartholomæi, ſcilicet 27. Septembris 1292. Franciſci 8. Auguſti 1304. & 23. Octobris 1322. Canis Grandis 30. Ianuarij 1326. alijſquè Torello de Clauica, Albertino de Gaffaris, Iacobo q. Capucij, Criſtiano de Sancto Sebaſtiano Tabellionibus, & Sigiſmundo de Mercato nouo 3. Auguſti 1309.

Ex his floruerunt Scalanorum, ac aliorum Illuſtribus cognationibus, honoribus, & opibus Vbaldus Iudex noſter circum MCCL. qui ex altero Vbaldo filio Petrum itidem eiuſdem numeri famoſiſſimum Virum Nepotem ſuſcepit, & poſt quintam Pronepotum ſeriem Thebaldum, qui cum inter Oratores

Venetias

Venetias publico nomine ad ſe dedendum miſſus fuiſſet, Michaelis Steno Sereniſſimi Ducis Ducalem reportauit diei 21. Nouembris 1411. qua Thebaldi ipſius, & Gentis commendat fidelitatem.

Claruit etiam apprimè Leonardus M. D. LXXI. Collegiatis adſcriptus doctrina, ac facundia maxima præditus Vir, ac Patrijs Magiſtratibus Patrum memoria cohoneſtatus.

Extra Vrbem quoque noſtram, huiuſcæ Gentis nomen ſemper prolatatum eſt, Zenobaldum etenim Franciſci filium Mantuam conceſſiſſe publicæ fides teſtantur, ſicuti Broylorum Vtinenſium Veronenſem annuunt originem, nomina eadem, quibus ipſi ſemper vſi ſunt, & clipei equiformitas, hæcquè inter Foriliuij præcipuas locata ſemper fuit, Viriſquè ſpectatiſſimis claruit.

NICOLAVS A VERME.



VErmineam ſpeciem, ab Auentino Sabinorum Regulo in Minitabunda Latini, Latij Regis contra Æneam expeditione, vna cum Romæ Sabellis, alijſque nobiliſſimis Italiæ Familijs, originem dixiſſe ferunt Hiſtorici. *Io. Caraman. Fanuſius, Campanus, Sanſou. & Selinus.* Brenoniæ Coloniam tranſducta Spuluerina, ignota cauſa, nuncupata eſt eximque à Verme, vt præcipuè clipæi vniformitas, & priſca monumenta teſtantur à quoddam eiuſdem gentis Heroe, Veronenſem Agrum deuaſtante infeſtiſſimo Verme perempto, vt latè *Io. Petr. Creſcentius nar. 21. c. 12.*

Ex his præcipuè floruit ab Anno M. CC. LXXII. Nicolaus Iudex; memoratus à *Curte lib. 7. & à Creſcentio*, qui fæderi inter Comites de Sancto Bonifacio, & Ezelinum de Onara, ſeù de Romano inito adfuit cum eiuſdem effectui, non modicum auxilij præbuerit, vt idem annuit *Creſcentius*, eo potiſſimum, quoniam ea tempeſtate virtute duce, Veronenſis Nobilitatis caput extabat, & pauca nullauè à Patria Republica executioni erant demandata, quæ prius ab eo haud digeſta malaſsequè forent perpenſa.

Ex hoc, veluti ex Illimi fonte, tot emanarunt inclyti Viri: quorum Princeps Ludouicus, Ioann. Archiepiſcopi, & Galeatij Mediolani Imperialis Vicarij, ex Vicecomitum genere contra

Fonta-

Fontanenſes inuictiſſimus Dux; Luchinus eius genitus, & Petrus ex eo Nepos: Hic Maſtini Veronæ Principis, ille Venetorum Generaliſſimus, & in Ampliſſimum ordinem cohoptatus.

Horum virtutem ſectatus Iacobus Pater Patriæ appellatus, & Bobio, Vogheria, alijſque Oppidis à Ioanne Galeatio Inſubrum Duce donatus.

Fuit Aloyſius, ſiuè Ludouicus Comes Sanguineti creatus à Sigiſmundo Imperatore Corezij, aliorumque Pagorum Anno M.CD.XXXIII. vt ex M.S.A. fol. 33.

Huius gentis magnanimitatem diuitijs adſociatam, adhuc nedum propriè demonſtrant ædes poſtea à Comitibus de Bandis poſſeſſæ: Verùm D. Euphemiæ Baſilica ab eis partim à fundamentis erecta, alia ſi vis Creſcentium, ac Sanſouinum Conſulas.

IO. DONATVS A PVTEO.



AB Iulo Troiano Iuliam gentem exortam fuiſſe omnes Romanarum Hiſtoriarum ſcriptores teſtantur, ex eaque Libonum genus efluxiſſe refert Richardus Streinius, quod ad Præturæ, & Conſulatus faſtigium à Lucio Scribonio præcipuè eſt euectum, qui cum rebus conſuleret publicis, ne Fæneratores abſque Præſide relinquerentur, Putealis Tribunal propè Arcum Fabianum primus extruxit. Idcircò in tantæ cautionis memoriam Scribonius Puteali cognomento donatus eſt, & priſciora numiſmata tum ænea tum argentea ex S. C. Puteo inciſa adhuc, & cum vniuerſa familia ſtemma retineo.

Multa in huiuſce originis periculum ſubnectere excitat calamus: at ne adgnationi multa indulxiſſe videar ipſummet compeſco, & Fabricio de Petraſancta *Lit fam.* Sebaſtiano Erizzio, *antiq numiſm.* Ciceroni *de Diuinatione*, Calepino *verb.libe.* Porphirio, Oratio *lib.* 1. *epiſt.* 20. Conſtantio Lando, *vet. num. Rom.* alijſque præcipuis Scriptoribus refero.

Putealem propagauit Familiam Lucius, ijſdem Petraſancta Lando, alijſque annuentibus, cuius germen alio ſçculo Mediolanum adiuit: Quò inter cæteros omni laude probatos, ortus eſt Ioannes Donatus Vberti memorati *à Corio par.* 2. Viri, & Liuiæ ſtipite Nobiliſſimo Cuſano Filius, Ghezeræque Prætoris Me-

diolanenſis

diolanenſis Conſocij, & Vicarij Anno M.CC.LXIIX. ex Fratre Nepos, qui Doctoralibus ſumptis inſignibus Compatricijs virtutis ſuæ monimenta reliquit.

Hic cum Claudio fratre adſcendenti meo, vt Turrianorum moleſtiam nobilibus illatam aufugeret opitulante Gelaſio, ſiuè Geſio Carboneſio Bononienſi, vt ex Annalibus præſertim Canonic., quamquam Veronenſem appellet Panuin. Veronæ Prætore, & Claudij ex Lucia à Pedibus Magnis Bononienſi Vxore propinquo noſtram Ciuilitatem, & Collegium adquiſiuit: anno MCCXXC. *priu. ſcript.*

Non enim ipſius Collegij Iura forenſes omninò exigebant: ſed coniectarijs blanditijs laceſſebant: Quare vidimus Maximilianum Burgum Cremonenſibus Patribus ortum, Hieronymum Marcobrunum Leniacenſem, Iacobum Vergerium Bergomenſem, aliosquè in Collegium alienigenas, quos in Operis calce legemus cohoptatos.

Mathæo Viceccomite Lombardiæ addicto Vicario, cui intimus congero Donatus extiterat Fori Oppidi, ſiuè, vt vulgò dicitur Feltri Prætor creatus eſt, anno MCCXXCVII. quàm gerendo Præturam, adeò ſubditis carus fuit, vt ab eis excitatus, cum à Mathæi ſeruitute ſe abdicare quæritauerit, Feltrem incoluerit: vbi Pater Patriæ cultus eſt. Huius pronepos Victor Zuncllarum Caſtro à Io. Galeatio, cuius Equitum erat Tribunus, in Foroliuienſi ditione ampliſſimis Priuilegijs habuit: quod hodie Georgij Veneti Patricij tenent Mel vocatum, eiuſdemquè gentiles Iuriſprudentia, alijſquè (vt memorant *Creſcentius*, *Petraſancta*, *&* *alij*,) diſciplinis fauentibus ad Venetiarum; Quamquam maiori clauſo Conſilio excluſi anno MCCXCVII. alij ad aliarum Ciuitatum Nobilitatem, alij ad Legationes, Præturas, Equitatus, Baronias, Comitatus, Marchionatus, Exercituum, Præfecturas, Conſulatus, Canonicatus, Auditoriatus, Abbatias, Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & ad Sanctam vſque Purpuram ſunt euecti: veluti Iacobus I.C. eximius, cuius Proauus Io. Baptiſta Victorij. Venetæ ditionis Patria relicta, ac Nicæa Narbonenſe petita, ibi Caſſandram Vrbis Matronam Nobiliſſimam à Puteo gentilem guadiauit; ex qua Ludouicum habuit filium, & ex eo Antonium Nepotem Iacobi parentem eodem Petraſancta teſtãte, ideòq; Nicenſis nuncupatur. Hic cum Auditor Sacr. Rom. Rotæ reperirietur

eius

eius deciſiones peritiſſime ſcripſit; quemadmodum de permutatione monetarum, & alia; cuius virtute cognita à S. Pontif. nedum Archiepiſcopus Barenſis eligitur, verùm Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalis, atquè Concilij Tridentini Legatus deſignatur, humatus eſt Romæ in Eccleſia ſupra Mineruam hoc marmore.

D. O. M.

Jacobo Puteo Nicenſi S. R. E. Presbyt. Cardinali,
Pracipuo, ac integerrimo Viro.
Qui ſummam Iuris vtriuſque ſcientiam, ita cum ſumma probitate coniunxit,
Vt vnus Reip. conſtituendæ, diſciplinaquè veteris reuocandæ.
Pracipuus Auctor, votis bonorum experiretur.
Vixit annos LXVIII.
Menſ. II. Dies XIII. Ob. VI. Kal. Maij MDLXIII.
Antonius Puteus Archiepiſcopus Barenſis Nepos Poſuit.

GVLIEL-

GVLIELMVS DE SERVIDEIS.



SEruideam perantiquam Proſapiam ex Florentia Originem traxiſſe communem opinionem inuenio. Idquè Polycarpum Palermum Iure Conſultum præſertim in quadam Epiſtola teſtari relatum eſt. Hanc eandèm graſſantibus Nigrorum, & Alborum factionibus, Veronam cum alijs Ghibellinæ factioni fauentibus à Guelphis expulſis ad Canem Franciſcum confugiſſe inquiunt. Vbi multos Nobilitate, procerum affinitate, & opibus floruiſſe comperio: inter quos Seruideum Iacobini filium, qui ex Elicha Nobilium della Preura, præter cæteros, Gulielmum noſtrum ſuſcepit.

Hic omnium ſui ſæculi Iureconſultiſſimus fuit: & ſcribendi eius temporis notabilia accuratiſſimus. Eapropter ex quibuſdam notulis relictis eius geſta, & dignitates facillimè colliguntur.

Ab eius vitæ primordio per Fratrem Bartholomæum Veronę Epiſcopum Clericus delectus eſt anno MCCXXCII. & titulo Sancti Georgij de Illaſio 15. Aprilis ordinatus: quò ſubſequenti die in eius Plebis poteſtatem miſſus eſt. Patauij poſteà, & Bononiæ Iuriſprudentiæ opere aſſiduè nauato M.CCXCVIIII. Domino Anſardo de Malubris Rectore, Domino Petro Vicario, Ven. Patris Fratris Ioannis Epiſcopi Bononienſis, & Epiſcopatus Patauini, adſtantibus Domino Boratino Taſco, Altigrado

Cital-

Citaldo de Vitaliano, Anſelmo Odomaſino, & Bartholomæo Petro de Suzana promotoribus; Patauij Ciuilem, & Canonicam lauream ſuſcepit.

Ad Patriam repetitus deſideratam Bonadomani de Griphalconis duxit in Vxorem: præſente Franceſano, ſiuè Franciſco, Bartholomæi della Scala Populi Præfecti Filio, Ciuius Nobilis Viri adſciſtentia huius arguit decus Familiæ, prout, & Vxoris genus, in Carmelitarum namquè periſtylo elegans Sarcophagum eſt ſitum hocce Longobardico marmore.

De Griphalconis ſunt hoc ſituata Sepulcro
Corpora Nobilium clara de gente virorum
Reſtruxere ſui poſt Annos mille trecentos
Regni Scaligerum bis ſeptem tempore luſtra.

Vxore gaudita forenſes cauſas lingua, & calamo defenſare cæpit, ea facundia, vt varijs honoribus Domi, foriſque à Scaligeris fuerit cumulatus: vt ex ipſius memoratis notulis colligere poſſumus. Fuit Vincentiæ, & Pauij ab Anno M. CCC. XIV. vſque ad XVI. Aſſeſſor pro ipſis Scaligeris: quò poſtremo Anno cum Friderico della Scala Mutinæ Poteſtatæ, & Generali Rectore eam Vrbem conceſſit, vbi quoque Friderici geſſit vices, quemadmodum Raynaldi de Bonaconſis Mantuæ Generalis Rectoris. Anno verò M. CCC. XXI. XXV. Iulij apud Fridericum Auſtriacum RomanorumRegem ipſorummet Scalanorum nomine cum Baylardino de Nogarolis, Nicolao Alteramo I. C. Alberto de Zucherella, & alijs Legatus eſt.

Fuit, & Baſſanum Poteſtas pro Cane Grande Scaligero miſſus primo Nouembris M. CCCXXIII. quibus, & alijs geſtis Annorum LXXVII. ætatis ſuæ, & MCCCXLVIII. à Natiuitate Domini vltimum diem clauſit. Ex Phiſio Fratre Lazarinum habuit Nepotem: qui Ioannem procreauit à Curte eloquentiſſimum, & literis præditum nuncupatum *Lib* 13. Collegij pariter noſtri præſtantiſſimum alumnum, qui catrijs dignitatibus potitus. Deceſſit tandem Anno M. CCC. LXXII. & D. Antonij de Padua Sancti Firmi Maioris proprio Sacello Marmoreo Sarcophago Sepultus eſt, ijs Longobardicis literis inferiori Tabella inciſis.

Serua

Serua Deum proles tegit hac quà petra Ioannem
Hac fuit ingenio clarus in vrbe ſuo.
Hunc leges hunc iura gemunt, quibus ille peritus
Fulſerat, hunc merito patria tota gemit.
Mille duos Annos bis ſeptem luſtra centos,
Quintilis decies bis dabat orta dies.

Sepulcrum tamen, & Tabella, qua literæ erant inſculptæ; noua ſacelli moderniori ſtructura Fratres abſtulere, & ſepulchri lapis extra Vrbem eſt translatus: Tabella verò in ædibus Franciſci à Ferro reperitur: qui Catherinam de Seruideis habet in vxorem. In qua & in alia Gentili Familia reſtincta eſt.

Alibi tamen humari antea iuſſerat D. Euphemiæ, etenim apud altare ab eo iam erecto, & modo colapſo; hæc Longobardicæ literæ reperiuntur.

Hac ego ſerua Deum proles iuriſta Ioannes
Aram conſtitui largiſque dotibus auxi,
Vt tibi Diuini cultus celebrentur honores,
Ante Deum per me ſacer orature Joannes.
M. CCC. LXXI.

Hæc verò quò aderat Ara.

Sep. ex D. Io. de Seruideis I. V. D. qui obijt
Anno D. M. CCC. LXXII.

D FRIDE-

FRIDERICVS SCALIGER CO. IMPERII A SECRETIS.



A Lbertus Primus ſupernarrati Balduini Iureconſulti noſtri Abnepos Veronenſis Populi Præfectus, Bucam habuit Fratrem, Piccardi Co. parentem, huiuſque Friderici Auum, qui Nepotis cum Cane Magno Imperiali perpetuo Vicario gradum obtinuit: *Iuxta Canobij Arborem*: quanquam malè *Curtius* Conſobrinum appellet *libro* 10.

Hic cum literis eſſet propenſus legalis Philoſophię lauream adeptus eſt: *Saray. lib. 2. fac. Ver.* (non enim æuo illo Principum Sanguinis ampliſſimam Doctoratus dignitatem ſpernebat,) & adeò propriæ ſcientiæ Arrhabonem Vrbi tradidit vniuerſæ; vt omnium nutu in Prætorem eum Canis delegerit: Anno M. CCC. XII. Quò ſedente, cum omnes Reipublicæ prouentus ad Canem eſſent deuoluti, Opitulantibus Friderico, Artiumque Anterijs, & Gaſtaldionibus populus à ſagitariorum maximo vectigali exemptus eſt. Quapropter tantus populi ipſius fauor in Fredericum lateſcit, vt ſubſequenti Anno in Præturam confirmatus fuerit: Anno autem M. CCC. XVI. Mutinæ Poteſtas, & Generalis Rector, per biennium declaratus, vt ex *M.S. Gul. Seruidei*. Vir porrò hicce cum maximæ extimationis foret, totiuſque vberimæ Pullicellanæ Vallis omnimoda Iuriſdictione Comes, Imperatoris, Imperijque à Secretis, & in Veronæ, & Vincentiæ Imperialium Vicariatuum

inueſtituris à Cæſare adclamatus. Canis deſperata ſalute, Maſtini, & Alberti, ex Albuino Fratre Nepotum, legitima ſucceſſione neglecta, Imperij Sellam ſcandere pertentauit. Quod faciliter impetraſſet, niſi Auentini Fracaſtorij Gualuani I. C. noſtri Fratris, Canis Conſiliarij, & Prothophiſici opus cum valetudini reſtituiſſet. Qua de cauſa exilio datus Tridento fato ceſſit. Anno M. CCC. XLIX. Septem relictis genitis ex Antiochiæ Imperatricę nobiliſſima vxore.

Prædictæ Vallis Comitatus diploma à Ludouico IV. permiſſum in Vrbis Regeſto adhuc ſeruatur, quò præter merum imperium, & præter Iudicum ordinariorum, Tabellionumque creandorum, facultatem, & illegitimos ad iura, & ſucceſſiones reddere, ius quoque nummos cudendi ei hiſce conceſſum eſt.

Demum, vt affluas Priuilegiorum gaudijs in auro, argento, & ære poſſis, & valeas monetare, & tui ſimiliter hæredes eodem beneficio gratulentur, &c.

Floruit necnon ex hac præclariſſima Gente Baylardinus Bartholomæi filius, qui *ex Canonicorum Annalibus*, Collegij noſtri fuiſſe nuper adinueni, anno 1385.

D 2 FRAN-

FRANCISCVS BIVILAQVA EQ.

SCAL.  CONS.

CHriſtophorus Lafranchinus noſtrum Ordinis fulgentiſſimus Vir Merenda, Fauorino, Canobio, alijſquè Hiſtoriarum, cultoribus annuentibus: Biuilaquas Heroes à Germaniæ Prroceribus Alæ Tirolis Vici Incolis natalia duxiſſe teſtatur; in oratione nuptiali inter Biuilaquam, & Bentiuoliam; Quòd Alæ clipeus adhùc eò celatus loci comprobare videtur.

Ex his præter copiarum Regulos, Principum Conſiliarios, Equites, Barones, Comites, Marchiones, Duces, & Sacræ Eccleſiæ Cardinales; non modicum poſteritati nominis Franciſcus tranſmiſit. Qui legalibus literis perceptis omnium applauſu auctoratus; & in Collegium peraratus eſt.

Verùm quia legibus, armis neglectis Rempublicam tutò tueri non poſſe, eò potiſſimùm temporis ſtatu dignouit; ad arma conuerſus ſub Scalidarum vexillo glorioſè propugnauit: à quibus ſupremus Conſiliarius, totiuſquè Imperij Gubernator addictus, & cum Poſteris Biuilaquei Oppidi anno 1337. ad cruorem Iuriſdictione tenus, Immunitatibuſquè donatus eſt: Carolo Imperatore Quarto comprobante: vt Seta Epiſcopus refert.

Eorundem Principum gratia apud Bononienſes Ateſtinos, & Romandiolæ, nullo dempto, Barones Tuſcos, Lucumones, Inſubres, Pontifices, & alios, mutatis temporibus, Nuncius, Pro-

curator,

curator, & Sindicus, vt fœdus ferirent adſcitus: Heliſabetquè Ludouici Bauari Imperatoris filiam deſponſaturus, ingenti copia in Germaniam miſſus, propriam indicauit eloquentiam.

At non hucuſque Franciſci Vires Fregnani: namquè Canis Germani naturalis Veronenſem quietem, & ipſius Canis Dominium ſuſſurantis propulſata arrogantia Eques, multorumquè Oppidorum, Pagorum à Scaligeris, Ateſtiniſque Principibus, necnon ſingulæ Vrbis Pontificibus multarum decimarum Dominus declaratus eſt.

Huius lateſcentibus meritis, dum Caſtrum Diui Martini, Vetus nuncupatum, Canem erigere ſuaderet tanti operis cura Equiti noſtro data eſt, Primiquè lapidis figendi honos. Obizzo Ferariæ Marchio, nedùm ipſum Cataphractum ſtrenuum armipotentem agnouit; Verùm Tunicatum celebrem Iureconſultum coluit Iudicem, idcircò, & prudentum Conſilij Præſidem anno 1363. & Nobilem Ferarienſem creauit; cuius exemplo multæ Italiæ Vrbes ipſum excepere in Conciuem.

D. Martini tandem Machæra dono quæſita è viuentium calamitate deletus memorandus deceſſit. D. Teutteriæ proprio Fano humatus: quò adhuc hæc leguntur verba.

Heu dolor, heu Grandi Biuilaqua Stirpe creati,
Hic ſita Franciſci Militis Oſſa cubant.
Scaligeris Dilectus Heris, quo iuſtior alter
Non fuit; illa ſua Fulſit in Orbe Fide
Concilium ſub mente potens, animoſquè viriles
Geſſit, & oh lacbrima Jureperitus erat.
Nona dies Octobris erat, quæ Mille trecentos
Sex decies Annos Octoquè Dena dabat.

Huius Poſteri quantum virtutibus floruerint adhùc memoria viget: à priſcis ferior Com. Marium tantùm nectere nequeo: quiquamquam Collegiatus non fuerit Præcellentiſſimorum Iureconſultorum tamen Conſultiſſimus dignotus eſt: de quo & alijs Illuſtribus Familiæ Germinibus alia non ſugeram: cum à Scriptoribus, quos ſigillatim Epiſcopus Seta præſertim memorat eorum geſta pernarrata ſint.

IOANNES DE DIONYSIIS.



Cereta Veronenſis Agri inter Sanguinetum, & Leniaci Fortilicium iam ſemiurbicula ſita à multis Nobiliſſimis Familijs hinc inde aduerſas factiones effugientibus, incolata fuit: præter quas multas, eam del Doniſe, quam Dionyſiam modo vocamus memorat Curtius *lib. 6. & 7.* cuius Nobilitatem, & decus Gaphaldus argumento eſt, eius loci Anno 1211. digniſſimus Prætor, quod munus tunc poſt Veronenſem Præturam primum extabat, idque in eiuſdem gentis Conradum Anno 1226. Nicolaum 1229. & Paulum 1242. iterum tranſlatum eſt.

Sic Veronenſi domicilio ab ipſis delecto genitos progemarunt: qui dignitatibus, opibus, & cognationibus ſemper claruere: ſicuti omnium literarum diſciplina æuo quocunque cuius rei teſtimonium viuiſſimum eſt. Veroneſius I. C. noſter, in Annalibus D.D. Canonicorum memoratus Anno 1371. Cuius virtutem emulatur Ioannes Vrbis, & cætus meritiſſimus, qui quemadmodum ex coniecturis, titulis, & priſcioribus codicibus conijcitur: Legalis ſcientiæ profunditate apprimè claruit, hinc eſt quod cum talem Scalani Principes dignouiſſent; eius opera perſæpius vſi ſunt: nedum in Conſilijs, verum auxilijs percipiendis: cùm potiſſimum eius fidelitati haud immodicę curæ negotia commiſſa fuerint: quorum memoriæ dignum comperio, cùm à Cane Si-

gnorio

gnorio Supremus Præſes conſtitutus fuerit: quando ex Theatri lapidibus terremoto dilapſis nauium Pontem conſtrui, & publicè annonæ Horeum vsque ad Paleæ poſtem, fabrefieri præcepit: Anno 1374. vt *M. S. A. f.* 20.

Omnibus quoque Patrijs Magiſtratibus, qui in præcipuos Iudices conferebantur eximia ſcientia, & prudentia perhonorificè potitus eſt. Cuius exemplo Pronepotes alias eandemque diſciplinam conſectati magnoperè proprium, & gentis nomen extulere: quorum poſt Ioannem Primum Hieronymum noſtris Collegiatis inſertum perlegimus: Anno circum 1585. qui præter virtutem, & dignitates, amor erga Collegium tantum memoria digniſſimus eſt, cum ipſum hæredem inſtituerit hoc grauamine: vt bini Dionyſiæ Familiæ Tyrones publicam Accademiam mitterentur, ſi ſupereſſent: ſin alterius, & vt latius liquet ex eius teſtamento, in Collegij regeſto aſſeruato.

Nec inter hos prætermittendus eſt Iacobus, ob cuius virtutem, & rerum omnium experientiam à Cæſare Comes Palatinus eſt declaratus. Iuriſdictionibus tali dignitati obnoxijs, qui humatus extat primo propè Templum D. Anaſtaſiæ periſtylo his literis.

Sepulcrum Jacobi de Dionyſijs,
Comitis Palatini,
Et ſuorum hæredum.

Paulum nec ab Auorum virtute degenerem comperio: qui poſt decretalium lauream Patauij omnium applauſu conſecutam, Veronam concedens Patriæ Canonicus deligitur: quà dignitate cum eſſet potitus in digniori Fano Aram proprijs expenſis conſtruxit, Diuo Petro dicatam: ante quam ſuper eius monumento hæc cælata leguntur.

Anno Chriſti M. DI.
Die 16. Iunij,
Paulus Dionyſius Decret. Doct. P.
Canonicus Veron.
Sibi, & Hæredibus ſuis.

Huius

Huius Agnonimus Chiochiadis Elogijs Medicorum Collegij memoratur Illuſtris, & Magnificus Hippocraticæ, Galenicæque Medicinæ vindex, & reſtaurator: qui Elogiaco itidem carmine Hippocratis ſcripſit aphoriſma. De natura oculis, & eius partibus, verſibus hexametris: & nataliciam veluti Strenam ad Hieronymum Thebaldum Salium Medicum Anno 1543. cuius virtus cum prolatata fuiſſet Medicinæ extraordinariæ Patauij publicus profeſſor eſt addictus, ab cuius exemplo Nepos Iacobus alter laceſſitus, Aſclepij dogmata ſuſcepit: quibus honores, & opes reportauit ingentes.

Horum tamen famam claudet Saluſtius, qui Anno 1604. Noſtratum cætui adſcriptus legalia ſynthagmata apprimè apprehenderat, eorumque ſtudijs indefeſsè datus Patrios ſupremos ſpreuit honores: qui tandem nuperrimè in Iacobum Equitem ſuperſtitem cum fungeretur vrbana Prætura collati ſunt Annis elapſis.

Ex Victoria Gaſparis de Veritate Comitis Filia genitos ſuſcepit: qui futuræ gloriæ ſpè parentes, & conciues alliciunt, quorum Octauius præſertim, legalibus literis incumbit.

DOMINICVS PANVINIVS.



GEneroſa perantiquæ Panuiniæ Familiæ Stirps annis ab hinc quadringentis Cremona Veronam demigrauit: Bernardo Bruſcho annuente. Quæ præter Onuphrium antiquitatum Helluonem, & Patrem, aliosquè omni virtute probatos Viros Veronæ Dominicum dedit: Cuius quidem operum memoriam adinuenire non valui; illa ideò tantùm ſugeram, quæ idem teſtatur Onuphrius *antiq. Veron. lib. 6.* his verbis.

Horum, quod ſciam, vetuſtiſſimus eſt Dominicus Panuinius, Abauus meus: qui centum, & ſeptuaginta annis antea Veronæ, non ſine ſumma doctrinæ, & probitatis opinione vixit. Hic, cum eſſet omnium ſui temporis Iureconſultiſſimus Arbiter in ardua, atque difficili cauſa, cum duobus alijs Iuriſperitis ſuſceptus eſt inter Ducem Mediolani tunc Veronæ Imperium obtinentem, & Principes Carrarienſem, & Mantuanum diſcutienda. In qua ita ſe egregiè geſſit, vt ſumma cum partium ſatisfactione, eius placita ſuſcepta ſint, atque executioni mandata. Scripſit Conſilia, quæ Torellus Saraina Legum Doctor ſe vidiſſe profeſſus eſt.

Hæc Nobilis Familia Ioan. Baptiſta, & Vxore Benaſuti de Maphæis diem functis, Matthæi Panuinij, & Agnetis à Puteo filijs nuper reſtincta eſt.

BARNA-

BARNABAS DE MORANO.



OB aeris ſalubritatem, Ciuitatis amænitatem, ſeù potius, vt Scaligeris inſeruiret Principibus Nobiliſſima propagatus Familia; cuius nobilitatis monimenta adhùc Mutinæ vigent, Barnabas de Morano I. V. D. ex ea Ciuitate Veronam profectus eſt.

Hic, cum admodum legali polleret Philoſophia, eoſdem Principes minimè latente eorum opere inter Ciues, & Collegiatos adſcriptus, Phiſciquè Patronus declaratus eſt: *Curt. lib.* 13. Quòd officium longa annorum intercapedine omni exercuit fidelitate, & peritia. E ditione Scaligeris expulſis, & Ciuitate à Sereniſſimo Dominio quęſita, in Phiſci patrocinium, fidei ergò, confirmatus eſt, & ædium Patrono addictarum poſſeſſio, quas modò Com. Alexander de Nogarolis tenet loco Aloyſij de Circulis I. C. noſtri eius adſcendentis materni, in ipſum iterum eſt translata.

Præſtantiſſimus hic Vir, cum anno 1405. eſſet Ciuitatis Duumuir, & totum Maius Conſilium quingentorum Ciuium reperiretur, quod cum valdè laborioſum eſſet concire ad quinquaginta, & duodecim, ad vtilia deputatos, qui omnimodam haberent in Rempublicam auctoritatem redigi curauit, anno 1405. prout hodie ſeruari videmus: eiquè tantæ cautionis debemus honorem.

His

His, aliiſquè in Nobilitatis, & Ciuitatis fauorem peractis, poſtremùm diem clauſit: & in Diuo Firmo Maiori conditus eſt. Quò Deo Aram dicauerat multis Reliquijs inſignitam, & Sacra potiſſimùm Hoſtia, quam plus centum ſupra triginta annis illibatam ſeruatam fuiſſe: Curtius reffert loco citato, vſquequo Altare ob nuperam Eccleſiæ ſtructuram demolitum fuit.

Sibi ibidem Magnificentiſſimam extruxerat Arcam: cuius elegantia adhuc tanti Viri arguit decus, & varijs baſium locis Longobardicis caracteribus: hæc leguntur.

Sepulchrum Domini Barnabæ
De Morano de Mutina
Legum Doctoris, Ciuiſquè Veronæ.

Ob Eccleſiæ quoquè vſum ſugeſtum marmoreum proprio erexit Ære: anno 1396. In cuius poſtrema faſciola hiſdem literis: hæc inſcripta ſunt Carmina.

Hæc vbi Sacra patent nobis præconia Cæli,
Quæ Chriſtus peperit Barnaba iuſſit opus.
Hinc vtrique ſacer legi Cenſorquè verendus
Moranum genuit, cui Patria eſt Mutina.
Biſque nouem luſtris annis ſex mille trecentis
Pleiedibus Fuluos Phæbus agebat Equos.

Ex huius Pronepotibus multi per plures annos Veronæ Illuſtres vixere: inter quos Petrus eius filius, & Nicolaus Collegij noſtri pariter Iureconſulti.

Collaterales autem, qui Mutinæ permanſere ad maximos honores, tùm Ciuiles, cùm Militares, ab Ateſtinis Principibus ſunt elati.

BER-

BERNARDVS DEL BENE.



GEntem del Bene cum Seruidea, Alberta, Balda, Vbriaca, ſiue Butironia, Cypriana, Aruaria, Pegolotta, Vberta, Liſca, Alligera, Seruidea, alijſque ab aduerſa Guelphorum factione Florentia expulſa, Veronam præſertim conceſſiſſe teſtatur, ~~præſertim~~ hic lapis in Diuæ Euphemiæ periſtyllo.

Lapus del Bene de Florentia M. CCC. L.

Idem annuunt Reuer. Canonic. Annalia, quibus Nicolaus Canonicus q. Genatij del Bene de Florentia memoratur ab anno MCCCXXXII.

Ibi ab Scalanis Principibus amore apprimo proſecuta ad maximos honores eſt elata: eò potiſſimum, quoniam omni æuo Viris Illuſtribus claruit: quorum excellens fuit Bernardus ſui ſeculi præſtantiſſimus Iureconſultus: qui quantum à Conciuibus, & exteris fuiſſet exiſtimatus: Curtius breuibus vberimis tamen verbis hiſce teſtatur *lib.* 10.

Frà i poſteri di queſte honorate famiglie, furono molte ſegnalate, & honorate perſone: come in quella de quei dal Bene: quel tanto eccellente, & famoſo Giureconſulto M. Bernardo: che non ſolo da noſtri, mà da ſtranieri ancora era tenuto, & riputato come vn' Oraculo: e s' haueua

quaſi

quaſi per empietà contradire à ſuoi detti. Il fine della cui vita fù l'Anno 1383. Fù coſtui di tanto credito, e ſtima appreſſo il Signor Maſtin II. che oltre molti altri ſegnalati fauori, che li fece; li diede l'arma à tronchi: la quale vſano ancora hoggidì i ſuoi: hauendo la prima à Gigli, ſi come hanno ancora hoggidì quelli, che ſono in Fiorenza, ed in Francia, perciòche anche là n'andarono alquanti come fuoruſciti ne tempi della Regina Catterina de Medici.

Anno hunc 1378. cum Phæbo Turriano Mediolanenſi ad Carolum Cæſarem Legatum fuiſſe M. S. teſtantur f. 2.

Huius poſteri opulentiſſimorum bonorum non tantùm, verùm legalis diſciplinæ fuerunt hæredes: Familiamque dignitatibus, & Nobiliſſimis cognationibus illuſtrarunt, quemadmodum Palatino Comitatu, quo Iudices ordinarios, tabelionesque creare, & liberos illegitimos, legitimos reddere, & ſimilia, quæ cum dignitate feruntur exercere valuere, & Sanguineti oppidum omnimoda Iuriſdictione obtinuerunt, cum poſtremum Verona Imperatori pareret.

Inter hos Paulum Andream comperio præſtantiſſimum, item Iure Conſultum noſtri Collegij: qui præter Patrios Magiſtratus Venetias Legatus eſt, vt Chriſtophoro Mauro nouo Duci congratularetur: Anno 1562. & Nicolao Marcello 1573. qui etiam ſcripſit in ſingularia Iuris, à quo nec eſt ab ſimilis Franc. Anno 1590. Collegio adſcriptus.

Huius & Bernardi virtutem æmulatus Aleardus inter cætus noſtri Clariſſimos computatus eſt: qui cum publicis omnibus officijs functus fuiſſet; Anno 1522. Vrbanus Prætor eſt delectus: cuius monimentum ſuper Mercatorum foro adhuc antiquiſſimum conſpicimus hiſce literis circumſcriptum.

Nob. Ben I. V. D. Aleardus Alberti F.
Co. Pal.

Horum glorioſo famæ nomine ſtimulatus Nicolaus Anno 1543. Collegio adſociatus eſt, multis patrijs honoribus cohoneſtatus, & Prætura potiſſimum Vrbana, quà hunc Cippum ſuper Mercatorum Curia reliquit.

Nicolaus del Bene Legum Doct.
Vic. MDLIII.

E Verùm

Verùm à Religioſo ſpiritu adclamatus Sacris initiari voluit: eiusque integræ Curæ Archipresbyteratus Inſulæ Scalarum commiſſus eſt, quò munere in eiuſdem Eccleſiæ multa beneficium peregit; & morum Sanctimonia vitam Illuſtrauit, ac poſt quodam opuſculum publici Iuris factum deceſſit; & humatus eſt in Æde D. Stephani in monumento ab ſe Fratri hiſce additis literis erecto.

Paulus Andreas,
& Nicolaus del Bene
Fratri ex Teſt.
XIII. Oct.
M. DLIX.

Habuit hic ex Fratre Nepotem Auguſtinum à tantæ gentis ſplendore haud denigrantem: cuius operum memoriam inferius legemus.

ANTO-

ANTONIVS MALASPINA MARCH. CAN. VER.



QVanquam Malaſpinarum cunctis Illuſtris innoteſcat origo; nè attamen à propoſito ſecederem tramite ipſam aſpergam.

Martiorum inclytam Gentem, Imperatorum, tùm Conſulum ſæculis Romæ admodum viguiſſe, nedùm reperio; verùm & ante Ancum huius Familiæ Romanorum Regem à Martio Summo Pontifice, ſedente Numa, delecto illuſtratam, quidquid dicant auctores, quos Thomæ Porchachij auctoritate refellimus *Hiſtor. famil. Malaſp.*

Ex hac vixit Azzinus Ilduini, & Siluiæ Tectuli Exadelfi Iuſtiniani Imperatoris conſanguinei filiæ genitus: cuius cum Patris Rei militaris peritia ab Inſubribus dignoſceretur, contra Theodobertum Francorum Regem, Dux Exercitus ab eis delectus eſt: eidem Italiæ Imperij cum eſſet inficiata Corona; Eapropter Mediolanum obſedit, & prodimento poſtmodùm profligauit, innumeris Ciuibus, & Ilduino ipſo immaniter interemptis.

Azzinus autem ſolis viridis Iuuentæ, formæ venuſtatis, morum comitatis ſpectatis muneribus, cum Alſuinda Sorore vita donatus eſt, exinquè eis de cauſis maximo proſecutus amore ab ſe nunquam Rex ſeduci ſiuit. Propterea cum intemperato meri vſu, & venationis labore laſſus ſuper Azzini pectus ruri, prope Bobium, à cæteris ſegregatus ſemel recumberet, Paternæ

cædis Iuuenis recordatus, propinqua Spina Cæleſti manu (vt inquiunt) exhibita, Regis Craneum cerebri ventriculis tenus perforauit: corpuſquè inhumatum proprij venatici Canes glutiuere. Egregium Pueri facinus Malaſpinæ loco nomen impoſuit, quem poſteà Marchionatus dignitate in deditionem obtinuit à Iuſtiniano Imperatore Kal. Auguſti 562. trigeſimo ſeptimo eius Imperij, vt ſub eodem die, & annis ex Priuilegio Conſtantineopolim dato apparet; quò, & Malaſpinæ cognomen, & floreſcentis Dorſi clypeus permiſſus eſt: vt omnes concordant Hiſt.

Ex hoc Malaſpinæ, & Luneianæ Demarcus per longam ſeriem quidam Spineta Manatus à Lucio Caſtracane Lucenſi Hero è ditionibus expulſus, Veronam à Cane Franciſco Principe Scaligero laceſſitus confugit, anno 1320. vel 34. cuius mnnificentia Priuilegia obtinuit permulta à Sereniſſimo Dominio tandem comprobata, & poſteris noua conceſſa, quorum Auogadriæ dignitatis antiquiſſimum adhuc in Ciuitatis regeſto aſſeruatur.

Cætera omittam quemadmodum Vrbium Prætores Exercituum Tribunos, & Regulos, qui gentilitia decora conſectati huiuſce gentis honorem per vniuerſum orbem prolatarunt: quorum ideò infra aliqua mentio facienda eſt.

Ex tanti faſtigij Proſapia prodijt Antonius Cathedralis Canonicus, Iuuenis adhuc delectus Rector Sancti Thomæ Baylardino Scaligero anno 1396. 26. Martij ſuffectus, ex Annal. Canon. Veron., qui, quamquàm diuitiarum blanditijs acceſitus; quæ plerumque, & nunc potiſſimùm, Iuuenes à ſtudijs, auertere ſolent; Domeſtica tamen ocia ipſorum labores propedire non ſiuit: Patauij idcircò alijſquè præcipuis Athenæis Iuriſprudentiæ opera data vniuocis Fulgetris applauſu breui temporis mora Doctoratus ſtemmata conſecutus eſt: ad Patriam repetitus, & Collegio adſociatus. (Tunc enim minimè exigebantur Presbyteri) quantùm publicæ vtilitatis extiterit priſca videre ſunt monumenta. Cùm enim anno 1435. eſſet Collegij meritiſſimus Prior; vt Vectigalium Iudex ex Collegiatis eligeretur multa peregit: & Franciſco Barbaro Equiti tunc Ciuitatis Prætori Ducales literas obtulit: quibus Madius de Madijs Index adicebatur: vt ex actis Collegij. Fuit etiam anno 1429. Guidonis Memo Epiſcopi noſtri Vicarius Generalis, vt ex Annalibus Reuerendiſs. Canonicorum.

At non

At non intra breuis mænium terminos eius virtutis clangor famam circumcludit, à Summo namquè Paſtore eiuſdem cognita virtute Sacræ Apoſtolicæ Cameræ Clericus eligitur.

Hic cum ditiſſimus eſſet multa pijs vſibus erogauit; Maioris namquè dum ſtrueretur tectum delubri, ære proprio partem fabrefecit: cuius gentilitium ſtemma ibidem adhuc delineatum ſuſpicimus. Diui Heronymi Latharium in eodem Fanno item erexit, & dotauit quò adhuc hæc leguntur.

Antonius Malaſpina I. V. D. Canonicus Veronenſis,
ac Cameræ Apoſtolicæ Clericus D. Hieronymo,
Sacellum hoc fundauit, & dotauit
M. CCCCXXXX.

Hoc anno teſtatus eſt cum deceſſiſſet, & Ius præſentandi Sacerdotem pro eodem apud Reuerendiſſimum Canonicorum Capitulum Clariſſimo noſtro Collegio reliquit.

GALEOTVS MALASPINA.

MAR. ET EQ.



NEc qnin inter Illuſtres Iureconſultos connumeretur intermittendus eſt Galeotus Malaſpina Marchio, cum maximum ſui ſæculi Legiſtam appellet Porchachius; Cuius gentis hæroum cum quædam inſuper contingere aſſeruerim. Eos qui vel Veronæ Magiſtratus geſſere, vel alibi Veronæ orti glorioſè vitam duxere memorabo: de cæteris namque Porchachio me referam ſupradicto: Qui Conſules, Prætores Romanos,exercituum Tribunos, Epiſcopos, alioſque memoria minimè indignos connumerat.

Primus qui ex hac Familia, vt Magiſtratum gereret Veronam petijt, Hermanus vocatus eſt Anno 1167. à Friderico Imperialis Vic. conſtitutus: cui exim nupſit Iudith ex Marchionibus Beden.

Primus verò, qui Veronæ ciuilitate donatus eſt, Spineta eſt nuncupatus, & cum eo Azolinus Iſnardus, & alij.

Spineta fœmineam tantùm prolem ſuſcepit, quam Marchioni de Villa Franca; Comiti de Monte Feltro, Lucinburgho Spinolæ, & Mantuæ Marchioni in matrimonium locauit.

Hic pro Arigo Imperatore, vt inter Ciues, & eos de Seſſia orta componeret diſſidia; Regij Lepidi Vicarius addictus eſt: & poſtea pro Scaligeris laudem Pompeiam nuncius miſſus. Quibus alijſque pergeſtis Xenodochium Sancti Ioannis in Vicco Sacci

extra

extra D. Georgij poſtes erexit, & dotauit, vt Nobilium ſorte miſerorum ſuccurreretur inopijs; ibiquè eleganti Mauſoleo conditus eſt.

Obtinuerat antea Vir Illuſtris à Ciuitate fontem Aueſanum, ex liberali munificentia: quemadmodum ex propria virtute, & Principum auxilio omnes fermè ditiones, è quibus à Caſtracane prius fuerat expulſus.

Iſnardus autem inter alios genuit Antonium: de quò ſupra.

Azolinus verò Galeotum, Gabrielem Epiſcopum Lunenſem, & alios habuit filios: & ex Galeoto inter alios Bernabouem Epiſcopum pariter Lunenſem, Leonardum, & Spinetam ſuſcepit: Qui à Bartholomæo, & Antonio Scaligeris Campaneola extra donati fuere: anno 1379. vbi duas Magnificentiſſimas ædes ſtruxere, Pomarijs, & Piſcinis admodum exornatas: & Pontificum hoſpicio decoratas: *vt Cur. lib.* 14. quæ poſtea, cum Vicco de Sacco, à Senatu demolitæ ſunt: anno 1516. & 1536. ſuperſtes Familia ædem D. Ioannis tranſtulit Veronam: queadmodum Spinetæ Mauſoleum, & Leonardi Sarcophagum.

Spineta, Ioannis Galeatij Vicecomitis nomine, Veronæ Prætor eſt adſcitus: anno 1388. apud quem confugerat ab Antonio Scaligero iniuria exilio datus, ob necem Bartholomæi Scaligeri Fratris, proprio tamen iuſſu ob regnandi libidinem perpetratam.

Ex hoc, & ex Margarita Nobiliſſima Cunij Comitum Familia, omnes Fiuizzani, Maſſæ, Carariæ, Foſdenouique Marchiones orti ſunt, & ex fœmineo latere Familia Cibò Malaſpina à Summis Pontificibus præcipuè illuſtrata.

Ex Spinetæ Nepotibus armis excelluere innumeri. Hippolytus veluti Eques Hieroſolymitanus, Orlandus Bartholomæi Aluiani Vexilifer, Fridericus Equitum Ductor, & alij, quos Spinetę alterius fama tantum deuicit Hieronymi Marchionis, & Leonoræ Gonzaghæ filij: cuius geſta Xenotaphium Diui Hieronymi Sacelli, quod ſupra ab Antonio Doctore conſtructum affirmauimus ſigillatim numerat his literis.

Spinetæ

SPINETÆ MALASPINÆ MARCHIONI Illuſtribus Tit. tam pedeſtris, quam æqueſtris militiæ apud Carolum V. Imperatorem, ac Philippum Hiſpaniarum Regem eius F. in bellis quotquot viriquè contigere diu verſato (clariſs. nominis ob Victorias, cum in ſingulari certamine, tum in acie partas eximiæ laudis quod foris per Anno. VI. & X L. inter præclara facinora, quam domi ocioſus degere maluerit.

Hieronymus Malaſpina Marchio Fratris F. P. ob. XIV. Kal. Decembris M. D. LXXI. Ætatis ſuæ LXIV.

Leonardus autem Galeoti Filius ex Catharina de Rubeis Nobiliſſimis Placentinis, qui etiam Patria dominati fuere, Leonardum Poſthumum, & Galeotum Filios habuit.

Hic eſt Galeotus ille Doctor Præſtantiſſimus ab Auctoribus celebratus: cuius, & Patris acta hoc Elogio in Diui Ioannis in Sacco demonſtrantur.

Leonardo Marchioni de Malaſpinis, & Galeoto eius Filio poſuerunt, Patrem prolis vetuſtas fortitudo, pietas, rei militaris decorarunt: is vigintiquinque ætatis anno Dux copiarum Senenſis populi fuit, Bononiam protexit exercitu, Vincenciam, Ciuitale, Feltrum regens agrum Patauinum magnis copijs fatigauit, poſtremum, dum Bononiam iterum protegit, ibi moritur: Filium Pater, iuris ſcientia, & vitæ integritas illuſtrarunt.

Vixit, & alius Leonardus I. V. D. ſed cum Collegio non fuerit adſociatus omittam: quemadmodum, & ſuperſtites omni laude probatos, quorum ſpectatiorem Spinetam Seniorem patrijs iam Magiſtratibus ſæpiſſimè functum conſilio, opere, ſermoneque clariſſimum: cui non minus alio Patria debita eſt, cuius Nepos Ioannes iam Vrb. Prætor, Rhytmis Etruſcis quibuſdam modo æditis, ingenij ſui ſpecimen exhibuit.

IOANNES DE MADIIS.



INter præcipuas olim Campaniæ, ſeu potius totius Italiæ Vrbes præſtantiſſima ea fuit, quam amnis Vulturnus interfluit Capua: Sexaginta ſupra noningentis annis ante Verbi Incarnationem à Capij Æneæ Comilitone conſtructa M. Genutio, & Agrippa Curtio Chilone Coſſ. Hanc innumeræ præpotentes, & Nobiliſs. incoluerunt familiæ: Quarum nec inferiorem Madiam adinueni à Virgilio, Cæſare, Seru. Sulp. Valerio Maximo, & alijs memoratam, & à Cn. Madio ad Mediaſtuticam dignitatem euectam: teſte Liuio *Dec. 3. lib. 4.* & Decium memorante *Dec. 3. lib 3.* Primum patriæ Dynaſtem ſtrenuumque belligerum. Qui dum Romani contra Carthaginenſes prælium ſecundo iniuerint, anno ante Chriſtum 250. potiùs quam fidem Romanis frangere ſponſam, quemadmodum Compatricij ſuadebant, ſemetipſum exilio vltro mulctauit: & proprio Ære vnica vix legione conducta cum L. Silla Herculaneam fundit prognariter Vrbem, & Pompeium propugnauit, Romana ideòque ciuilitate, & bini filij Præturis donati ſunt, *vt Paul. Mortg. lib. 4. c. 5.*

Ex huius Nepotibus Pompeium Madium Cæſar primus Præfectum Cremonam miſit: qui glorioſam Madiorum Brixiæ familiam progemauit ad Patriæ vſque tandem Principatum elatam. *Elia Capriolo Hiſt. Brix. lib. 4. c. 5.* teſte.

Gran-

Grandiora de Madiorum abauis tàm Capuanis, Romanis, quam Brixienſibus, & alijs exarare valerem: at cum Fr. Paulus Morigia, *loc. cit.* memoret, ea ideò minimè ſubnectam, at ad noſtrates deueniam; Qui anno 1315. vti Gibellinorum Duces Brixia à Guelphis expulſi, vt Canis Franciſci Imperialis Vicarij ſubſidium expoſcerent Veronam confugere, ſecundum *Curtem lib.* 10. ● jn ipſumque ſuper patria iura detulerunt quecumque, ex quo Scaligeri ſemper Madios magnifecerunt.

Ego verò, ſi opinionem meam conſulam, Veronenſi Ciuilitate antea fuiſſe donatos putarem, cum anno 1277. Iacobum de Madijs memoret idem *Curte lib.* 9. ob necem Maſtini Scaligeri exulem cum alijs tanti patrati ſceleris comparticipibus, neque ex hoc Scalanos proſequtos amore Madios fuiſſe crediderim, at potius odio. Quare ſi Romanam originem eos donare malimus eam ex priſcis Veronæ lapidibus meliùs forſan deducere poſſumus, cum præſertim apud gentis ſuperſtites, nulla Brixienſem originem opitulantia, reperiri fragmenta, relatum ſit.

Iſti à Panuinio Magiorum lapides ponuntur lib. inſcrip. Veron.

Ad S. Mariam in Stellis propè Fontem.

P. Pomponius Cornelianus
& Julia Magia cum
Iuliano, & Magiano filijs à Solo
Fecerunt.

In Ædibus Iuſtorum. Co.

P. Veronius. Amphion
Sibi, & Magiæ veſtæ
Coniugi Benemerenti
Et ſuis.

Quidquid verò ſit nobiliſſima, & antiquiſſima eſt Patriæ noſtræ, ex quà inter alios floruit Ioannes, cuius quamquam Panuinius *Anton. Ver. lib. 6.* & Blondus virtutis, & dignitatum memoriam haud agant: quoniam eum tantum Iureconſultum non

in

incelebrem vocant. Ego tamen ea ſuggeram, quæ ex antiquiſſimis ſcripturis colligere temporis annuit iniuria.

Hic Cani Signorio Cariſſimus, & intimus multis iam arduiſque negotijs excoloratus, dum Veronæ mœnia meridiem verſus Princeps munire, & inſtaurare aueret: anno 1368. & maximæ auctoritatis, & prudentiæ ſuper id prouiſores quæritaret Ioannem noſtrum, cum alijs octo delegit: Quorum nomina cum à ſcriptoribus relata non ſint, ſed ex manuſcriptis *A. fol.* 20. collecta, ſubnectere congruum duxi. Et fuere.

Leonardus Iudex de Quinto.
Thomaus Iudex de Pilato.
Vlinus Iudex à Campanea.
Ioannes Iudex de Madijs.
Ioannes de Dulcetis.
Henuerardus de Boninuentis.
Sander de Nogaria.
Bartholomæus de Duſemis.
Paulus à Bouo.

Anno autem ſequenti, cum maxima de cauſa Princeps idem Oratores ad Summum Pontificem Gulielmum Griſam Lemonicenſem Vrbanum Quintum nuncupatum legare voluiſſet; ſeptem præcipuos elegit: qui armis magis pollerent, aut literis cæteros antecellerent: ea propter infraſcriptos addixiſſe: demonſtrant eadem M. S. quorum nomina ſuperiori ratione prætermittere nolui, nempè

Franciſcum de Bocutio Florentinum.
Antonium à Grapanis.
Jacobum Caballum.
Ayzonem de Seſſo Regienſem.
Dominicum de Bocutio.
Ioannem de Madijs Iudicem, &
Philippum de Maphais.

Quare

Quare quantæ exiſtimationis eſſet Ioannes, ex ſocijs Caballo præſertim, & Seſſio facillimè legi poteſt. Et quoniam in hac legatione Iudices alij noſtri non adſunt, ipſum tantum expoſtulationem expoſuiſſe non hæſito.

Alia huius notatu digna adinuenire non valui: ea tamen ſui æui Illuſtrem arguunt Iureconſultum, & eo potiſſimùm, quia talem ſcriptores appellant.

De Ioannis Prognatis infrà loquemur.

IOANNES ÆMILIVS COM.



AImiliam Gentem ab Aimilio Aſcanij Filio Æneę Nepotem Feſtus ortam ſcribit, referente Richardo Streinio, Schauarzenauij Barone, & vnam radicitus cum Iulia de qua ſupra in Ioan. Donato à Puteo memini; ex Mamerco verò Numæ Regis filio eam deducit Plutarchus; & de hac legitur vetus hæc inſcriptio in Epigrammatum libro.

Paullus Aimilius Imp.
Macedoniam
Terrarum Imperio potitam
Cuius vno die LXXII: Vrbes
Vendidit
Etiam Indiæ victor
Per veſtigia liberi Patris
Atque Herculis
Romana ſigna circumtulit.

Hanc eandem ex Alma Vrbe Veronenſem Coloniam traductam fuiſſe ſatis teſtatur Panuinius: dum Roma oriundas, & indigenas Ciuitate donatas ſic eam ſupputat.

Æmilia Annia Dec.

Nec deſunt antiqui lapides Veronæ, ipſam memorantes Abarni ſcilicet vnus.

M. Æmilij Neuiani
Qui vixit Ann. XXVIII.
M. VIII. D. X. M. Æmilius
Valens Filio
Obſequentiſſimo
Et ſibi.

Hic verò Brenzono apud S. Vitum tempore tamen corroſum.

Pla. L. . . . . .
Ex F. Nige . . . . .
L. Aimilio. L . . .

In Academia Philarmonic.

Diſ. Paren.
Æmilia
. . . . Cit.

Hic apud Co. Ioannem de Æmilijs.

C. Marcius
Thermi. L.
Caliſtus
Vi vir &
Aimilia B. L. C. L.
Euche. viui fec.
H. M. H. N. S.

Ex his præter alios floruit Paulus ille Æmilius Hiſtoricus, de quo ita ſcribit Panuinius.

PAVLVS ÆMILIVS.

Veronenſium multi varias, etiam ſcribere Hiſtorias non ſine ſumma laude ſunt aggreſſi, inter quos Principem locum tenet Paulus Æmilius Veronenſis: qui Libros octo de geſtis Francorum Diuinè ſcripſit: quos à

prima

prima eius gentis origine vſque ad Franciſcum qui proximè regnauit perduxit, ſtylus comptus, oratio diſerta diligentia, & dicendi copia ingens.

Eiuſdem gentis Proceres Brixiæ Domicilium ſibi delegiſſe à non paucis Hiſtoriarum Scriptoribus ſatis memoratur diffusè, in vnum tamen cum ijdem conueniant Fratris Leandri verba ita exarantis lubet inſerere: dum de Brixiæ Nobilibus loquitur.

Gli Emilij, come afferma Helia Capriolo nella ſua Hiſtoria tradono l'origine ſua da quelli di Roma: ſecondo che hanno ſpecificato alcuni da vn Emilio: il quale fù Legato, & Capo di quelle genti, che Cornelio Conſole Romano diſtribuì, & mandò: sì come ſcriue Tito Liuio, ad inuernar nelli Cenomani in ſul Paeſe di Breſcia; onde preſe il nome il Caſtello di Meiano latinamente detto Emiliano. Hò ritrouato anco appreſſo altri Scrittori, che dicono, che queſti Emilij ſono diſceſi da vn' Aureliano Emilio, figliuolo d'vn' Emiliano Romano del Rione di Vicco Patricio: il qual' Aureliano, ſeruendo à Domitiano Imperatore nella Guerra di Germania, & hauendo inteſo, che nella perſecutione, che in quella ſempre fù contro Chriſtiani, Cleto ſuo fratello carnale, che fù Papa I. di quel nome, era ſtato per la confeſſione di Chriſto crudelmente tormentato, & morto, ſi ritirò deſtramente da quel ſeruitio, & ſi ridduſſe ad habbitar' in Breſcia: doue laſciò la ſua poſterità, & deſcendentia: dalla quale ſono poi vſciti di mano, in mano in diuerſi tempi molti huomini di valore: che non hanno punto degenerato dal ſuo primiero ceppo.

Huius veritatis teſtimonium Ioannes, & Daniel exiſtant, qui cum Fauſtino, & Iouita, Ælio Adriano Imperatore, martirij Palmam Brixiæ ſunt conſecuti.

Horum gentilis, poſt non breuem annorum intercapedinem Aloyſius ſuperuixit Iuriſconſultorum Brixiani cætus, virtutibus, & dignitatibus, alumnus, præſtantiſſimus; ex quò Philippinus, & Ioannes Patriam Virtutem æquati, & deuicti, eidemquè Collegio adſcripti, procreati ſunt.

Philippini virtutem adeò Ioannes Galeatius Inſubrum Princeps magnifecit, vt eum totius ditionis in Ciuilibus, & Criminalibus ſupremum Vicarium conſtituerit: ab eiuſquè ſententijs promulgatis appellationem intermitti non ſiuerit.

Huius Frater nec impar Ioannes Gabiani Caſtri Domicellus Patrium Collegium adeptus, cum Pontiſpoſſeri ditionem in Veronenſi agro poſſideret, & prædia multa, Veronenſem Ciuilitatem anno 1407. 16. Martij acquiſiuit, quo anno, & inter Col-

legiatos noſtros eſt exaratus, exinquè quibuſdam honoribus functus.

Hunc nedum inter noſtros Collegij viros Illuſtres ſupputandum cenſerem, at inter Italiæ, & amplius quandoquidem ex literis ei à Sereniſſima Republica inſcriptis, quanti apud ipſammet fuerit, & apud Anguigeros Principes colligitur.

Apud Franciſcum Gonzagam Mantuæ Principem admodum quoquè polluit; cuius virtute, & integritate ab ipſo dignota, in ipſum præcipua aulæ munera contulit, & cum poſtremum obijſſet Commiſſarium, & vltimæ voluntatis executorem, & Ioann. Franciſci eius Filij, poſtea Mantuæ Demarchi, tutorem reliquit.

Ioannis merita nec Cæſar haud dignouit: cum eum Pallatinum Comitem adſciuiſſet: huiuſquè eximij viri gloria, ſi nulla alia extaret illa mihi videtur eximia, tantæ ſcilicet gentis extitiſſe parentem: habuit enim Carolum Equitem Filium, qui eidem Marchioni inſeruiuit, & Senatorio decori familiam Romæ reſtituit Martino V. Pontifice: habuit Petrum Pronepotem Sancti Zenonis Noſtratis, & Roſacij Aquileienſis Diœceſis Abbatem: quem Summus Pontifex, poſt Marcæ Anconitanæ Legationem Apoſtolicæ Sedis, eximia gloria pergeſtam, ad Cardinalitiam purpuram promouit; Verùm putrida febris cum è viuentium numero deleuit. Cui Marcus frater Apoſtolicus Referendarius in dignitatem eſt ſuffectus.

Horum ex fratre Nepotis Philippini, non ſingula Neapolitani Regni Caſtra, belli experimentum iterant, cum ab ipſo Summi Pontificis, & Ferdinandi Regis primi nomine tutata fuiſſent. Cuius exemplo Thomas Co. & Eques à Veneto Senatu Cataphractorum Præfecturam obtinuit. Huius fuit filius Ioannes Patriæ Eccleſiæ Quæſtor, Canonicus, & Prothonotarius Apoſtolicus, qui digniſſimis omnium virtutum viris Philippino Patruo, & Marco Equiti fratri ante Altare ab ipſo erectum monumentum his literis reparauit.

Clariſs. Comitib. Philippino
Iuris antiſtiti Canonico
Veronen. & Marco Equiti
Io. Æmilius iuris interpres
Canonicuſq; Patruo Fratriq;
B. M. P.
M. D. IIII.

Ex Marco alter poſthumus Marcus oritur, qui cum Io. Patruo Moraticæ Caſtri in Agro Veronenſi, aliorumque pagorum contiguorum à Maximiliano Imperatore Comes deligitur; Et Carolum V. Imperatorem in eodem Agro è captiuitate imminenti, eius ſtrenuitate, poſteà exemit anno 1536.

Alij Equitum Præfecti, Equites Hieroſolymitani ſuperſtitum memoria vixere: quorum cum cognitioni adhuc ſint eos ſilebo: quemadmodum, præter alios ſuperuiuentes, Ioannem, qui maiorum exemplo in Mantuanæ Curiæ ſeruitute inſinuatus, ab ijs Principibus ſeuiente bello anno 1629. Cataphractorum Præfecturam item obtinuit: quò munere adeò cordatè ſtrenueque ſe geſſit; vt Redemptoris Eques creari meruerit.

Patria tandem repetita Vrbana Prætura, & Duumuiratu functus eſt: & ſpectatiſſimæ prolis Pater reperitur; cui præter Maximilianum Comitem Martinenghiæ Brixienſi Comitiſſæ Nuptum, & præter Petrum, non parum ſplendoris tribuiſſet Æmilius legum, & Poeticæ artis ſtudioſiſſimus niſi immaturè foret ereptus.

IACOBVS DE FABRIS.

SCAL. CONS.



FAbrorum reſtinctæ Proſapiæ Vincentia dedit originem. Cuius Ioannes Baptiſta Paiarinus in ſuis Chronicis Vicentinis ita memoriam facit.

De Fabris antiquiſſimam Familiam eſſe, qui de antiquitate Familiarum Vincentinarum ſcripſere, atteſtari poſſunt, in quà viri, & opibus, & affinitate, & Iuris Ciuilis ſcientia clari euaſerunt: in quà de anno 1256. fuit Dominus Bernardus de Fabris vnus ex ijs, qui per tirannidem Ezzelini Patriam deſeruit, ad Patauoſquè confugit, quemadmodum Dominus Gherardinus, & Acretas de Fabris idem fecerunt, & anno 1350. fuit Albertus vir ingenio clarus: & anno 1260. fuit alter Albertus q. Alberti, & Rainaldus Hieremia, & Bonifacius q. Vincentij: & anno 1380. Dominus Bartholomæus Iudex q. Bartholomæi Iudicis, fuitque tempore illorum della Scala Dominus Iacobus illorum Conſiliarius, cum quò Vitus Paiarinus Auus Paternus mei Patris habuit affinitatem. In hac Familia hi clariſs. Doct. fuerunt Iacobus, & Hieronymus Doct. qu. D. Bartholomæi, nunc verò eſt quaſi extincta, portat autem hæc Familia pro armis duos Leones cum Cruce in medio.

Iacobus itaque ſupradictus Scalidarum Conſiliarius huius Familiæ Nobiliſſimum germen Veronam venit vbi ſummo cum omnium floruit applauſum; Doctiſſimus extitit vir, & à Curtio *lib.* 13. Doctor, & Orator excellentiſſimus nuncupatus à Conciuibus

ciuibus dilectus, ab inferioribus cultus, & ab his, & ab illis, exiſtimatus magnopere. Patriæ è conuerſo cuiſceratus ab eadem, & filius, & pater ſimul dignatus eſt, dum præcipuè anno 1405. ſub feliciſſima Leonis ditione Verona peruenerit. Tunc enim ab Franciſcum Carrarienſem miſſus eſt, Ciuitatis Imperium ea tempeſtate obtinentem, cum Petro de Sacco, & alijs: vt eum ſuaderet, nè aliqua intercedente altercatione Dominium, in Venetos trasferre ſiniret.

Item ad Iacobum Vermium Venetorum copiarum ſtrenuiſſimum Ducem ad Capitula proponenda: quibus Ciuitas ſe ſe inclyto ſubmittebat Imperio. Capitula quæ quantum contineant patriæ fauoris, nemo eſt quin dignoſcat.

Itidem ad Gabrielem Aymum totius Veneti exercitus Gubernatorem orauit: & quantum Vrbis vtilitatem, & Veneti nominis gloriam magnifecerit, verba omnes edocent, quæ adhuc in Curtij voluminibus legi queunt. Orauit propterea ante Sereniſſimum Ducem vti vnus ex orationibus die 5. Iulij ad ſe dedendum miſſis. Hic Curtius hæſitat an Faber, an Petrus Eques de Sacco orauerit: nec vidit inter Legatos Veronenſes ſemper Doctores alloqui conſuetudine priſca ſancitum fuiſſe.

Anno autem 1423. vltimo Venetias Legatus eſt, vt Franciſco Fuſcaro nouo Duci congratularetur, ex *M. S. A. fol.* 32. Quibus omnibus legationibus patriæ decorem, ſibique Immortale nomen reportauit, & anno eodem 1405. ex publico Decreto, vt publicæ Veronæ doceret electus eſt; vti colligitur ex Ciuitatis ſcripturis ſic referentibus.

Eg. ac Sap. Leg. Doct. D. Iacobus de Fabris electus ad legendum in Ciuitate ijs, qui legibus ſtudere voluerint.

Humatus eſt Vir Præclariſſimus in Æde Diui Firmi Maioris, propè Ianuam Sacrarij, marmoreo Sarcophago, quod Bartholomæo gentili antea hiſce Longobardicis literis reparauerat.

Egr. Profeſſor Legum Dominus Bartholomaus de Fabris de Vincentia ſepultus fuit hic MCCCCIII. 2. Aprilis.

MA-

MADIVS DE MADIIS.



BLondus Panuinius *Antiq. Ver. lib. 6.* & alij, Madium de Madijs Ioannis prænarati genitum inter Illuſtres Iureconſultos recenſent. Cuius idem Blondus, referente quoque Onuphrio, quò Veronam deſcribit ita memoriam facit. *Genuit Verona Ioannem Maium Iureconſultum non incelebrem: Iſquè Madius tulit nobis adoleſcentibus familiaritate coniunctum Iure diſſerendo defendendoquè addictum: qui legum peritiæ eloquentiam coniunxerat: ita vt ſcriberet ornatè, pronunciaret ſuauiter, & in cunctis ſe ſe (quantum noſtræ ætatis natura patitur, exigitquè conſuetudo) bonum oſtenderet Oratorem.*

Non tamen hæc pauca ad tanti viri commendationem ſat eſſe putaui, cui Verona eo debet, quò edocent Hiſtorici, ex quibus, quæ colligere valui breuiter ſubnectam.

Iureconſultum hunc excellentem, Oratorem, Phiſciquè Patronum nuncupat Curtius *lib.* 14. & cum Blundo maximè auctoritatis Ciuem. Qui à Franciſco Gonzagha, & Nicolao Picinino Inſubrum Principis Duce Verona capta, & direptione militibus ſita, vt ad tantum Patriæ, & conciuium opitularetur, exitium ad Gonzagam grandigrauit, & coniectariè exorauit adeò, vt iam præmiſſæ depopulationis obtinuerit inhibitionem: quapropter cum Ciuitas à Sereniſſima Republica redempta fuiſſet: quidam Picenini Centurio, nomine Zerpelo, Madij opulentiſſimè

rei

rei cupidine tactus ipſum ad Prouiſores tamquam ſatelles adduxit: & vti Gonzaghæ aſſeclam perduelionem accuſauit: aſt ipſe propriæ fiſus innocentiæ nitore, ita propriam cauſam tutus fuit, vt nedum abſolutus, ſed vti Sereniſſimæ Reipublicæ benemerens, & Patriç oppido commendatus: Quò facto, Andreas Mocedico Veronam migrauit, & callatis Comitijs publico Reipublicæ nomine de ærumnis, & Vrbis iactura condoluit. Cui luculenti oratione ex publico Decreto reſpondidit *M.S.A.fol.*35. Cum præterea Stephanus Contareno poſt omnia Benaci oppida gloriosè deuicta, inimicorumque propulſatam arogantiam ad Patriam eſſet reuocatus, Veronam venit, cui vt victoriarum ſempiternum foret monimentum, Veronenſes ingens Vexillum conſtrui adindere: & publica congregata concione Madius idem in Contarenum mirificam habuit orationem, & Vexillum, quod manu retinebat in ipſius dexteram locauit: quod hilari vultu recepit, & vt Hiſtorici *M. S. A. fol.* 36. verbis vtar, oculos euoluens modo hunc, modo illum tacitus aſpiciebat verborum ornatiſſimorum copiam in oratore admiratus.

Die autem 8. Decembris anni 1540. Franciſcus Sfortia dum autumnus alſioſiſſimus eſſet, vt pluuiæ fluminiſquè incrementa agros inundaſſent, ita quod milites in Caſtris hibernare nequiuerant, Veronam ſimiliter profectus eſt. Cui ſtatim Madius iuſſu publico in tumultuoſa militum Corona laudes, & Patriæ cuncta ei obferens, de ipſo elegantiſſima oratione paratragædiauit: & de ſapientia cum Fabio Maximo comparauit, de pacientia, & felicitate cum Anibale, de magnanimitate, & periculorum contemptu cum Furio Camillo, de celeritate cum Cæſare, de fide cum Marco Curione: quemadmodum ex manuſcriptis *loc. cit.* collegi. Legationes, & Magiſtratus dignè pergeſtos omitto, quemadmodum opuſculos editos, quos tamen ſola relatione habui, præter D. Martini vitam ab eo eleganciſſimè deſcriptam.

De huius Attauorum ſplendore locuti iam fuimus: de glorioſiſſimis Nepotibus, & Collateralibus non diſquiro: prætermitto quandoquidem Manfrinum illum Iureconſultorum celebrem ab anno 1470. prætermitto Hieronymum ambos Collegiatos Illuſtres; qui Venetias Orator acceſſit ad felicitatem auſpicandam, Paſchali Maripetro Duci, anno 1457. creato. Marcum Antonium tantum memorarem, niſi eiuſdem geſta incorruptibili

calamo

calamo præſenti æuo memoriam tranſmiſiſſent. Fuit Iureconſultus huius Dominij præcipuus: Fuit Venetias Legatus, & ob merita erga Sereniſſimum Dominium Eques creatus, fuit Patriæ multoties Duumuir, in quà dignitate deceſſit, in cuius obitu Reſpublica, & Ciuitas extrinſecis demonſtrationibus intrinſecum tantæ iacturæ dolorem patefecerunt.

Huius gentiles Æquinonymus, & Ioannes ſuperſunt Epiſcopalis Delubri ampliſſimi Canonicorum Capituli alumni.

LELIVS

LELIVS DE IVSTIS EQ.



NObili quamquam haud ſcriptæ originis Iuſtorum Lelius ortus familia Iuſti filius Prouali alterius Iuſti Nepos, quem Proualum, Scaligerorum fuga cum alijs Nobilibus Duitem effectum fuiſſe legitur in *M. S. A. fol. 25.* anno 1387. & de eo in ſui temporis Patriæ Conſilijs mentionem habemus.

Matrem verò habuit Lelius Beatricem Nobilis Maronearum gentis à Canonicis, noſtris Iureconſultis, veluti Antonio, & Flaminio, Equitibus Diui Stephani, Militum Præfectis, alijſquè Heroibus admodum illuſtratæ.

Patruum habuit Petrum Franciſcum Collegij noſtri pariter meritiſſimum: cuius opera Guarinus Rethor Eximius Veronam venit, vt publicis expenſis Iuuenes doceret: anno 1451. quò, Ferariæ publicè legendi munere detinebatur: *Curt. lib. 15.* Fuit etiam eius virtuti iurium municipalium forma cum alijs commiſſa: Et in idipſum manu Bernardi Ciardi Notarij, & Ciuis Florentini mandatum vidimus anni 1445. ab Incarnatione ad deſponſandam Lelij vice per verba de præſenti, Giliam Nobilis Zenonis Noueli à Campanea filiam, & Franciſcæ ex Nobili Mediolano Oſſia oriunda familia. Hæc latifundium, vbi viridarium fama celebrem D. Mariæ in Stellis, tulit pro dote. Maiorum virtutis Lelius ſupploſo itinere in vtroque Iure auctoratus, & in Collegium eſt adſcriptus. Qui omnibus patrijs Magiſtratibus laudabiliter, & integrè geſtis maxima omnibus nota prudentia, & Friderico Tertio Imperatori potiſſimùm Eques aureatus ab eo cratus eſt

anno

anno 1452. cum alijs Nobilibus: quorum nomina, quamquam memoriam hoc loci agere meā non ſit, ne attamen poſteros lateant cum nulli memorent Hiſtorici, at *M.S.A.fol.* 38. referam, & fuere. Ludouicus de Nogarolis, Leonardus eiuſdem familię Gulielmus Biuilaqua, Leo de Aleardis, Io. Franciſcus de Campo, Zenobrius de Cyprianis, Franciſcus de Faentia, Dionyſius Spoluerinus, Thomæus de Montenario, & Lelius præfatus.

Qui, & ad Sereniſſimum Principem congratulationis Orator legatus eſt, ad Paſchalem Maripetrum ſcilicet; in quem orationem habuit, & ad Chriſtophorum Maurum. 1454. primo, & *62.* ſecundo. Dignitatibus potitus eſt alijs, quas tamen, cum talibus competant Iure patricijs, prætermittam; At propria quæſitas ſugeram virtute, quorum præcipuam Populi Florentini Præfecturam anno 1445. geſtam: quæ quantæ auctoritatis fuerit Vrbis eius ſtatutum adhuc demonſtrat hoc titulo.

De electione, Salario, Iuramento, & Sydicntu Domini Capitanei Populi, & Communis Florentiæ, & defenſione artium, & artificum, & conſeruatoris pacis Ciuitatis, Comitatus, & Diſtrictus eiuſdem, & eius Familiæ.

Florentiſſima adhuc ea in Vrbe eiuſdem ſtemma conſeruari ſuper publicis ædificijs à Viris maxima fide dignis relatum eſt.

His, alijſquè in ſui, Familiæ, Patriæ, & Principis gloriam peractis, extremum clauſit diem, & in Diuæ Anaſtaſiæ Sacrario conditus eſt hoc marmore, ſupra quò ardens fænix celata eſt motu SPERO REVIVISCERE, & poſtrema parte LELIÆ PERPETVITATI.

Lelij Iuſti Equeſtri, ac Juriſconſultiſs. Dignitate Eloquentia laude florentiſs. Vrbium Magiſtratibus glorioſè geſtis, oblatis pluribus Pramodeſtia non aditis, amore erga Patriam fide integra erga Inuictiſs. Venetorum Imperium, pia in Deum Religione vita omnis innocentia clariſs. qui funeris Pompam; Sepulcri faſtum teſtamento à ſe abdicauit; optimatum omnium lacrymis vdos cineres Juſtus idea Patris, Zennouellusque liberi Pientiſſimi propiore hoc Sacophago collocarunt animam nōn ignari auo perfrui ſempiterno. Obijt enterocellis morbo ad III. Idus Octob. M. CCCC. LXXXII.

Quid de Poſteris dicendum infra habebitis.

FRAN-

FRANCISCVS DE S. SEBASTIANO.



FR. Leander de Albertis, dum de Verona loquitur, Franciſcum de Sancto Sebaſtiano Iuriſconſultum recenſet; Ideò ſilentio incongruum eum præterire duxi.

Hic Nob. Familia oriundus etiam de Sancto Georgio vocata; non quia ex Familia de Sancto Georgio originem ſumpſerit, vt multi ſunt arbitrati, & Curtius ſcripſit, ſed quoniam aliqua de ignota cauſa, etiam de Sancto Georgio dicta fuit, inquit enim Curtius, ab Vgucione progenitam fuiſſe, qui cum Fratribus, pro Scaligeris, S. Maximi Oſtium contra Vicecomites anno 1387. ſtrenuè tutatus eſt; & tamen ijſdem temporibus ſupererat Iacobus de Sancto Sebaſtiano Scalanorum Conſiliarius, vt liquet ex epiſtolis Antonij Scaligeri 21. Auguſti 1382. ad Guardalbenum de Prexana eius Factorem Vincentiæ. Imò per multum temporis antea vixit Requilianus de Sancto Sebaſtiano inter Conſiliarios ab Icerino delectus anno 1279.

Horum memoriam reuiuiſcit Bartholomæus, cum præcipuè Venetias anno 1437. vt Senatui Ciuitatis nupera de Redemptione congratularetur, legatus fuerit.

Rei Militaris adeò polluit quoque peritia, vt Benaci Lacus in perpetuum cum poſteris Præfectus creari meruerit: quòd præter alios hiſce teſtatur Onuphrius *de antiq. Veron. lib. 6.*

BARTHOLOMÆVS S. SEBASTIANVS Veneti Exercitus Tribunus Militum ſtrenuè nauata in Bello opera, id precium à Venetis tulit, vt Lacus Benaci Capitaneus creatus ſit; eaquè Dignitas in poſterum Familiæ Donata.

Iuriſdictionem etiam Criminalem, dum vitam duceret Piſcheriæ obtinuit, vt ex diplomate colligitur, exiſtente penes Alexandrum abnepotem, iam Imperatoris Equitum ductorem: alijs quoque Caſtris in Lacus litore ab eodem Senatu donatus eſt.

Filios habuit Aloyſium, Ludouicum, Iacobum, Franciſcum, Danielem, & Agnetem Benedicto à Puteo Abauo meo Nuptam.

Aloyſius, & Ludouicus inter Canonicos Veronenſes ſunt computati: Iacobus Lacus fuit Capitaneus, Franciſcus de quo ſermonem habemus, Iureconſultus eximius, & Daniel Patriæ Archidiaconatus dignitate inſignitus, & Prothonotarius Apoſtolicus, quem adeò Summus Pontifex amore proſecutus eſt, vt Cardinalitium Pileum ipſi ſpoponderit, quem tamen fato interceptus, conſequi minimè valuit: vt refert idem Fr. Leander.

Adhuc breue apud eundem Alexandrum ſeruatur à Summo Pontifice dimiſſum, quò, tempore interdictus, celebrandi Sacrum omnibus de Familia adſtantibus Danieli facultas data eſt.

Vixit ex eadem gente, & Carolus, Collegij pariter noſtri Iureconſultus Clariſſimus: cuius virtutem, Ciuitatis commemorant acta: cuius dignitates publica demonſtrant monumenta: ſuper enim Mercatorum Comitijs adeſt ipſius Stemma hiſce literis.

CAROLVS DE SANCTO SEBASTIANO
LEGVM DOC. VIC. MDLXXXXV.

Nupera morte de medio ablatus eſt alter Carolus, ſupradicti Alexandri Frater, rei militaris, aſtilpdij, equorum domitus diſciplinis admodum inſignis, qui ſub Imperatoris vexillo honorificis titulis ſtrenuè dimicauit.

IVSTVS DE IVSTIS CO. ET EQ.



Lelius memoratus de Iuſtis filios progenuit Zenonem nouellum: quem Zenouellum vocamus, & Iuſtum, de quò loquimur: Ille vxorem duxit Co. Amabiliam Co. Vguccionis Rangonæ Mutinenſis filiam. Hic à patre ad iuris prudentiæ diſciplinam acclamatus, eo profecit, quò operum illuſtrium memoria adhuc floreſcit. Primo enim ad Auguſtinum Barbadico 1486. Legatus eſt, vt ei de aſſumptione ad Principatum congratularetur, & ab eo Eques eſt adſcitus *M. S. A. fol.* 45. elegantem quoquè in Fridericum Imperatorem Tertium, dum per Veronam tranſiuerit anno 1489. orationem habuiſſe, Curtius refert *lib.* 16. quem, & Oratorem Excellentiſſimum appellat: eandem maieſtatem ſub tentorio recepit, ex Collegij decreto, cum alijs Iureconſultis: quàmquam malè Curtius alios fuiſſe putauerit.

Quibus, & cæteris Patriæ Magiſtratibus geſtis à Sereniſſimo Dominio Comes creatus eſt anno 1502. hac quam de cauſa ex manumſcriptis *M.S.A. fol.* 51. collecta ad verbum referre duxi.

1501. *6. Non. Martij ſuper Platea Veronæ ex S. C. Edictum fuit, vt quilibet ſuorum fundorum numerum errarij Quæſtori praeberet: & pro ſingulo fertili Campo Marculos quinque, & tres Campaneæ, & Paſcuorum pendere deberet; quamobrem Reſpublica ægrè*

 tulit,

tulit, quia ad Senatum Oratores incaſſum tranſmiſit; Ideò Iuſtus de Iuſtis facundia præditus Reipublicæ ſuadit, vt hilari animo hoc tributum exſolueret: quocirca ipſe, & alij de Juſtorum progenie, vno non ſubducto, Gadij Comites ab hoc Senatu creati ſunt.

Veronæ itaquè curia priuatus eſt Iuſtus, vt inibi legitur: ſed ſtatim iterum donatus, vt præſertim ex electione de ipſo facta colligitur in legatum ad Cardinalem Cornelium anno 1504. in quem etiam Orationem eloquentiſſimam (vt Curti verbis vtar *lib.* 16.) habuit. Huic Matthæus Ruffus Prælatus in Æde D. Thomæ, Epiſtolam dicat: quà Plinium ſecundum Verona ortum demonſtrat hoc titulo.

Splendidiſſimo Equiti, Clariſſimiquè iuris Antiſtiti Iuſto Læliadæ Iuſto Veronenſium decori.

Marmorea ſimulacra, quæ ſuper comiciorum ædibus erecta ſuſpiciuntur eius ſuaſu conſilium feciſſe, dum Epiſtolam ſequitur, inquit his verbis.

Cum autem tu Patriæ mirum in modum affectiſſimus ſis, & cunctis tam animi, quam corporis, dotibus, quæ in quouis mortalium deſiderari liceat inter conciues noſtros Eminentiſſimus, quemadmodum ei ſummo ſplendori es, ita, & ad ea, quæ ibi gloriam, ac commodum pariant inflamatiſſimus, vt iure pedamentum quodam ipſius, & fortiſſimum ſubſtentaculum dici merearis, & vt es doctrina, facundiaquè mirabili ſæpius Plinium fuiſſe conciuem noſtrum ornatiſſime, copioſiſſimequè diſſerueris, præter eaquè eius ſtatuas, & immagines in locis publicis ad ornamentum Vrbis ponendas in Senatu cenſueris, & inſtiteris qualecumquè eſt, quod hac in re afficere potui ad te ſcripſi, cum rem gratam tibi mè facturum ſperans, ſi quod tamen ſemper ſenſiſti, & tenuiſti.

Alia dicuntur, quæ à Reuer. Patre Aloyſio Nouarino in ſuis Opuſculis referuntur.

Anno autem 1506. teſtatus eſt, & ob verborum ambages multæ lites inter pronepotes, tum agnatos, tum cognatos Comites ſcilicet de Sancto Bonifacio ortæ ſunt: Tranſactionibus nuperis tandem ſedatæ.

Alij ex hac gente Præſules, Equites etiam Hieroſolymitani, alijque tum armis, tum literis excelluere: qui dignitatibus militaribus nomen eorum, & familiæ extulerunt, & ab Imperiali Maieſtate Clypeum virili Capite inciſum, Aquila inſignire meruere. Quorum nouiſſimus Lucas I. V. D. Collegiatus noſter anno 1630.

no 1630. præmortuus, à Mantuæ Domino Biremium Præfectus ſuper Lacu creatus eſt, quà dignitate potius quam ſe hoſtibus reddere, ab ipſis capi maluit, in cuius manibus diem functus eſt.

Indicant tantæ proſapiæ decus, nedum memoratum D. Mariæ Inſtellis Pomarium, nemus, & ædes, verùm Pallatium Veronæ, cum amęniſſimo Viridario, cuius fama extra Italiam meritò lateſcit, quemadmodum D. Anaſtaſiæ Sacrarium, pars S. Mariæ in Organis Eccleſiæ, & Maius S. Vitalis Latharium, quæ omnia hæc opulentiſſima gens à fundamentis erexit.

Super Sacrarij ipſiuſmet oſtio, hæc à gente, marmorea tabella, ſunt exciſa.

Deo Maximo Propitio

Sacrarium hoc à ſolo ædificatum, Aram Diuo Vincentio Oratori ſuo, Sepulchra Iuſtorum oſſibus, cineribuſquè Nobilis Optimi, ac apprimè fortunati Ciuis. Prouali Iuſti Senioris. Liberi Nepoteſquè bonorum grati ſucceſſores ære proprio conſecrarunt Anno ab Incarnatione Chriſti

M. CCCC. LII.

IO. IACOBVS GVADAGNINVS CO. MED. DVCIS CONS.



MOntisferati ditionis Vicus in D. Martini Decus erectus, plures nobiliores aluit Familias, quarum præcipuum ſubſelium Guadagninam Rizzoniamue gentem (vtroq; enim cognomine vſa eſt) Bonifacij illius loci Demarchi diploma ſcandiſſe teſtatur. Decimaquinta Aprilis 1489. Curt. *lib.* 14. Papiam voluentibus rebus translata, Veronam exin vndique gloriosè germinauit. Sacri enim Palatij, Aulæquè Lateranenſis Comitatu, tum ex Summi Pontificis 7. Decembris 1429. tum ex Imperatoris 6. Kal. Octobris 1450. 2. Iunij 1452. indultis decorata Tabelliones, & Iudices ordinarios creare, liberoſquè damnato ortos Toro ad honores, & ſucceſſiones habiles reddere, Imperialiquè Aquila vti permiſſa eſt.

Hæc non ſingulos literis, armiſquè claros in lucem edidit, quorum præter innumeros, & Antonium Diui Ambroſij, Mediolanenſis Abbatem, & Apoſtolicæ Sedis Referendarium, ac præter Alexandrum Hiſtoriographum peritiſſimum, qui ſcripſit.

Sarmatiæ Europeæ Deſcriptionem, quæ Regnum Poloniæ, Lituaniam, Samogitiam, Suſſiam, Maſouiam, Pruſſiam, Pomeraniam, Liuoniam, & Moſchouiæ, Tartariæquè partem complectitur.

Ale-

Alexandri Guagnini Veronenſis, Equitis Aurati & Peditumque Præfecti diligentia conſcriptam.

Eam Io. Iacobus exornauit, qui legalem lauream adeptus breui temporis curriculo, prudentię maturitate ætatis imbecillitatem deuicit. In patrocinandis cauſis, in gerendis negociationibus nulli ſecundus: pro clientulis vnicus literarius hoplomachus. Hinc eum Galeatius Maria Sfortia Mediolani Dux cum dignouiſſet, à Secretis totius ditionis Conſiliarium addixit: & apud omnes fermè Europæ Principes legauit, cuius ob egregiè nauatum opus Sfortia idem, digniſſimis Preconijs, eum magnificauit: diplom. 22. Octobris 1468. quibus dignè pergeſtis extremum vitæ ſpiritum clauſit.

Huius poſteri nedum attauam dignitatem ſuffulciuere, verum acriter adauxere adeo, vt cæteris iuriſdictionibus ſanguinis ius adiecerint; cum enim Alexander ſocrus meæ Frater Porciam ex Comitibus Auogadrijs Brixienſibus duxiſſet, Sanguineti Comitatum cum omnimoda Iuriſdictione, mortua Virginia Comitiſſa matre, hæreditario iure obtinuit.

BER-

BERNARDVS BRENZONVS.



INter Ciuitates, quæ Nobiles Familias Veronę elargitas fuiſſe colligimus, non pauci Cremonæ debetur: quæ mutatis temporibus plus duodecim dediſſe legitur.

Ex ijs Brenzonia, iam Brenzonaria vocata, occurit Nobiliſſima à quodam Delaydo Conſolati filio Vrbis illius Dynaſta præcipuo 1458. translata, vt quidam crediderunt.

Hic tres filios genuit: ex quibus Nepotes ſuſcepit maſculos nedum, ſed fœminas illuſtrioribus Patricijs in matrimonium locatas, Malaſpinis veluti, Biuilaquis Seta *fol.* 235. Spolucrinis, Caballis, Nicheſolis, & alijs.

Ego autem altiùs originem hanc deducendam putarem antiquiores ſiquidem reperiuntur ſcripturæ familiæ longæuam perennitatem indicantes: quæ, iam ſæculis, Brenzoni Pago prædia poſſediſſe demonſtrant: eamquè à Pago tanquam Dominam, vel præcipuam ſic appellatam fuiſſe: aut eandem ratione Pago nomen impoſuiſſe putatur. Ex Annalibus etiam Canonicorum vſque ab anno 1333. extitiſſe colligitur; namquè Cattarina Iacobi Mambroti filia hæres, & neptis D. Auenturati de Brenzonarijs vxor fiiit Baylardini della Scala Inſtrum. 3. Aug. B. cal. 51. nu. 4. Gardes. Tabellione. Quanquam Brenzonam fuiſſe putauerint malè Canobius, & Curte.

At quidquid ſit circa temporis incertitudinem, hanc tamen Nobilem antiquam, & Bipartitam reperio, cuius ſingula ſingulo ſtemmate vtitur. Vtraquè tamen galeam tenet Leone inſignitam; quæ vnicam radicitùs fuiſſe comprobat non ſolùm, ſed prędia vtriuſque vicina, tùm Brenzono, tùm Caprino, tùm alibi ab eadem iam poſſeſſa patefaciunt; quæ olim vnico ſuppoſita Domino fuiſſe indicant.

Ex Delaydo vnica iſtarum prodijt familia: cuius inter filios Bernardus extitit I. V. D. Colleg. qui cum admodum Iuriſprudentia polleret, nulla à patria ipſo inconſulto agebantur. Quoniam in tractandis, & concludendis negotiationibus à nullo erat æquatus. Hinc eſt, quod dum Maleficiorum officium veluti labi inuentum fuerit, anno 1468. pro ipſius reformatione Bernardus Egr. Legum Doct. tit. cum alijs tribus Patricijs delectus eſt, vt ex *Statut. Ciu.lib.3.cap.20.* quod ſolus, vti ſolus Iureperitus totam rem mallaſſando ad nuperam metam redaxit, ita vt in poſterum aliquid ſuperadere fermè minimè oportuerit.

Conſilia ſcripſiſſe per hæredum volitat ora, quæ temporis edacitate, & ipſorum incuria diſperſa reperiuntur, vnicum tamen illud legitur inter Cepolæ regiſtratum *volum. 2. conſ. 19.* in quo perdoctè diſquiritur.

An Statutum Veronæ de ſucceſſionibus ab inteſtato extendatur ad forenſes: Cuius lectura inuicibile eſt virtutis argumentum.

Erexit Vir, quò doctus, eò pius D. Bernardi Sacellum, Sancti Firmi Maioris, ſub cuius Sancti Iconæ proprium, & vxoris, Georgij Summoripæ præfati ſororis, conſpicitur ſimulachrum, quod, & alibi ſedens proprium marmoreum, veluti legens eſt ſitum hiſce ſubſcriptis.

Ædiculam hanc Bernardus Brencionus Ciu. & Pont.
Iur. Doct. Delaydi Fil. Ære ſuo fieri
iuſſit. MCCCCXCIIII.

Nec multum longè eſt humatus his ſuperſcriptis.

Jacet hic D. Bernardus Brenzonus I. V. D.
natus ex D. Delaydo Brenzono
Ciue Verona.

Huius

Huius Poſteri à Scaligeris Principibus ab omnibus Vectigalibus ſunt exempti, vt ex diplom. Caniſ. Sign. Quemadmodum & à Sereniſſimo Dominio fidelitatis ergo, & virtutis, vt *Curt. lib.* 17. qua Duce, alij Collegio noſtro donati ſunt, Bartholomæus ſcilicet, Leonardus, quem obſidem per quinquennium Ripam relegatum fuiſſe reperio cum Franciſco, & Ludouico Fratribus, alijſque Nobilibus anno 1510. quemadmodum legatum ad Marcum Cardinalem Cornelium Veron. Epiſcopum anno 1504. *Curt. lib.* 16. Nicolaus maximæ eloquentiæ Vir, & Paulus, cuius ex Vincentio filio Nepos ſupereſt Hieronymus Eq.

Nec defuerunt ex hac Familia fœminæ ipſam literis illuſtrantes, Laura nempè Nicolai filia, quæ decem vix annis expletis, Saphicos verſus compoſuit, Orationeſquè ſcripſit Latinas, & Ligures, quibus locutionibus non tantùm, ſed Greca erat inſtructa; ea propter dum ante Nicolaum Tronum Sereniſſimum Venetorum Ducem oraret, adeò puellæ virtutem pręcocem Princeps admiratus eſt, vt illam in matrimonium filio locauerit: *Curt. lib.* 15.

Alij memoria minimè indigni glorioſè, vixere: quorum virtutem alibi memorare lubet.

GEOR-

GEORGIVS SVMMORIPA EQ.



QVi ſuam debeat originem priſca admodum, & Clariſſima Summoriparum Gens, non adhuc à Scriptoribus compertum eſt, nec an indigena, an Ciuilitate donata fuerit, Veronæ attamen antiquiſſimam eſſe comprobant monimenta; quibus ab anno 942. Alphonſum ſiuè, vt *M. S. A. fol.* 3. legunt, Aſtulfum, & Blancum Equitem fratres Summoripas in famoſiſſimo Haſtiludio, Italicorum Principum præſentia decorato, nedùm ſtrenuè in Amphiteatro concertaſſe, verùm cùm viginti Aſtulphum, & vigintiocto Blanchum Tubicinis ingenti pompa Cathadromum ingreſſos fuiſſe perlegimus.

Ex his poſt quorundam ſeriem ſucceſſit Blanchus, anno circum 1180. Collegio noſtro adſcriptus: qui inſignis, & doctiſſimi ſui ſeculi Iuriſconſulti epitetho memoratur. Bauierum, ac Ioannem nuncupatum à Curte *lib.* 12. habuit eius diſciplinæ meritos ſucceſſores, & Cætus eiuſdem alumnos, ſicuti Bianchinum Ioannis filium, qui anno 1354. cum alijs decem, & ſeptem primatibus nobilibus ad Bernabouem Vicecomitem ab Fregnano Scalano obſides Guxolengum miſſi ſunt: quò Canis Grandis aduentu intellecto ſe receperat, vt ex *M. S. A. fol.* 18.

Leo quoquè eiuſdem claruit proſapiæ, qui cum armis opprimè polleret, graſſantibus Guelphorum, & Ghibellinorum factionibus

nibus: quorum illos Sancti Bonifacij Comites, hos Monticuli factionum Duces tuebantur, Comitibus fauebat, quibus ab aduerſis cum aſſeclis expulſis, Leoni exalare neceſſum fuit: anno 1263. Orientemquè ſe recepit: quo ſummis honoribus eſt exceptus, & Gulielmi Vilardonæ genitæ nupſit, ex qua Leonellum, & Matthæum habuit; ille Ceſalenæ Comitis filiam duxit, hic Iureconſultus, & Eques Aureatus Conſtantiam, ex Principibus Ateſtinis in Vxorem habuit. Nicolaus verò tertius iſtorum frater Laudem Pompeiam incoluit, & Biuilaquam procerem duxit. Eaque Vrbe nedum opibus Iuriſdictionibus, & honoribus adhuc gens floreſcit, verùm tranſactis temporibus Angelum genuit S.R.E. Cardinalem Ampliſſimum Laudenſem nuncupatum, de quo Scriptores loquuntur innumeri; quemadmodum Dominicum Fr. Dominicanum Patriæ Epiſcopum in Æde D. Dominici humatum, hiſce additis literis.

Ortum ſumma dedit claro mihi ſtemmate Ripa
Dominicus Mores, lauda ſecunda Mithram.

De hoc tamen tranſitu ad eam Vrbem, circa temporis certitudinem, Siſto, quod alieno commiſſum malo iuditio, & præſertim Defendentem Laudum legenti.

Nec qui Orientem acceſſerunt omittendum monimentorum famam reliquere, habita enim à memorato Leonello Ceſalenæ Comitiſſa, ac Gaſpare ex ea procreato eum Mariæ vnicæ Ianuccij Sanudo Ægæi Duci nupſit: quò perempto, ditionem obtinuit. Ex his igitur filius Corſinus in Rogatorum Conſilio 28. Decembris 1431. Venetijs, Ceſalenæ Comes creatus eſt, ex quò omnes Ceſalenæ Comites, Ægæi, Andri, & Pari Duces, quos Tarcagnota *Hiſt. lib. 64. par. 2. Bemb. Hiſt Ven: lib. 1.* partim recenſet, Equites Præfecti, & Marchiones permulti ſunt progemmati, quorum Germes Nicolaus, cum ab Friderici Ænobarbi incurſionibus imperium tueri nequire trepidaret; illud in Sereniſſimam Rempublicam tranſtulit vltro, latè eodem Bembo exarante.

Neapoli, Belluni, Galliæ, & alibi hæc gens glorioſa quoque refulſit: ſed vt ad Georgium noſtrum deueniam, harum famam haud inuidet noſtratis, quamquam ob memoratas diuiſiones opulentiſſimis opibus non adeò, vt antiquitus floreſceret, generis tamen claritatem ſemper ſectata, ac adaucta eſt. Teſtentur

Venerij

Venerij, Georgij, Zeni Veneti Senatores, qui cum eadem cognationem inire minimè reſpuere.

Teſtetur tandem Georgius noſter, qui legalibus literis perceptis ſtemmate doctorali inſignitur. Verùm ab gentili armorum ſtrenuitate laceſſitus, eis deditus, adeò claruit, vt Gradiſchæ Gubernator, & omnium Leoninæ ditionis fortilitiorum Prouiſor, & Eques creari meruerit: qui tamen quoties aliquandiù militari otio detinebatur: Poeſi admodum delectatus, ea vernacula lingua cecinit, quæ typis excuſſa videmus.

Compendioſa materia di tutta l'opera di Giuuenale compoſta per il Nobile, & Generoſo Giorgio Summoripa Veroneſe.

Initio autem hæc verba ſcripſit.

Sereniſſimo Principi, & Domino Excellentiſſimo D. Petro Mocenigo D. G. Venetiarum Duci inclyto. Spectabilis, & Generoſus Vir Georgius Summoripa Veronenſis Fortilitiorum Prouiſor, & Seruus humiliter ſe commendat.

Alia etiam compoſuit, quæ hæredum incuria amiſſa ſunt.

Teſtatus eſt Generoſus Vir Gradiſchæ, anno 1488. 10. Maij, cuius vltimæ voluntatis exordium Italicis Rythmis exponit. Et deſcendentium deficiente linea, ac Veronenſium adgnatorum Nicolaum Pari Dominum, & Corſinum Andri Ducem eius Conſubrinos ſubſtituit: Scriba Ioann. de Galeſijs Taruiſino, & V. Collaterali Gradiſchæ.

De Georgio ita memoriam facit Defendens Laudus. *Diſcurſu* 9.

In Verona è la Famiglia Summoripa, per Nobiltà, & antichità Illuſtre. Nell' Arbore de i medeſimi inuiato quà, leggeſi al quarto grado. Giorgio Giureconſulto Figlio di Giouanni Proueditore delle Fabriche di San Marco, il quale ſoſtituiſſe à ſuoi heredi Nicolò Summoripa, Signor dell'Iſola di Paro, & Corſino Duca d' Andro Summoripa ſuoi Cugini.

Humatus eſt Vir vtraque Minerua inſignis, eius teſtamentario iuſſu in Æde D. Anaſtaſiæ Nobilliſſimo Sarcophago.

Poſteros habuit, inter alios, Aurelium Cathaphractorum Præfectum, Biancum eodem munere functum contra Picenninum, ac Vigaſij Arciculę Prouiſorem: qui primus ſuper Capitello Veronenſis Fori Vexillum fixit, & Ioannem omnium fortilitiorum Venetis ſubiectorum item Prouiſorem. Iacobam hic Fauentiam Franciſci Eq. & Præfecti filiam, & Martini Sereniſs. Reipublicæ

Equitatus Ducis Neptem, Vxorem habuit, ex gente Bernabutia: quæ ab Patria cognomentum de Fauentia ſumpſit: annoque 1530. cum reſtincta fuiſſet, Cuſtozię feudum in Agro Veronenſi, cum ſuis iuriſdictionibus, quò ob merita Franciſcus à Senatu donatus fuerat, ad Summoripas peruenit, quod & ipſiuſmet Decreto anni 1651. 7. Octobris, eiſdem confirmatum eſt.

Huic accedit Hieronymus, Prætura Vrbana clarus, & Sereniſſimæ Reipublicæ nomine anno 1501. ad Cardinalem Tridentinum Commiſſarius miſſus, ob Germanicarum copiarum tranſitum. Cuius Equinonimus Abnepos ſupereſt bellis Pedemontanis iam Strenuus Cathaphractorum ductor, & modo patrios cohabitans lares patrijs officijs incumbit. Et Zygoſtata reperitur (me Tribunalis Iudice) Ioann. Baptiſtæ Collega Nobiliſſimæ Seghiæ gentis, quæ Iacobum Equitem, & Franciſcum Cætui noſtro iam dedit.

Alia ſi de Summariparum Nobiliſſimis quęſiueris germinibus diſcurſus Hiſtoricos circa Laudem Pompeiam, defendente Laudo Auctore conſulas, qui hæc, & alia locuplete recenſet.

CHRI-

CHRISTOPHORVS DE CAMPO.



PRæter cæteras Tridentini Agri Valles, ea, quam Iudicariam appellant, præcipua eſt (vulgariter Zudegaria) multis oppidis exornata, quorum Iuriſdictione tùm ciuili, tùm criminali, multæ itidem Nobiliſſimæ Tirolenſes Familiæ potiuntur.

Inter has de Campo vetuſtiſſima eſt, quæ eiuſdem nominis caſtrum cum alijs Iuriſdictionibus per tempus poſſedit longinquum, Illuſtribus facinoribus, vt inexitanter credendum eſt, ab eadem quæſitum, temporis verum longo curriculo id haud perſcrutari nedum potuit: verùm ob regionis interſtitium, quod tamen Ven. Virum Henricum de Campo delitеſcere non valuit, Tridentinæ Eccleſiæ Decanum anno 1328. ex Inſtrum. 20. Septembris manu pacis de Rouerеdo; quo eiuſdem gentis viuebat Fridericus Caſtri de Campo Dominus, Alberti, Nicolai, & Galaſſi parens.

Albertus, & Baiamons dictus, ſicuti in poſtſcribenda ſupplicatione aliter nuncupatum videbimus, fuit Iuriſconſultus eximius, & genuit Gratiadeum, Iacobum, & Petrum, vti Marcum Nicolaus.

Ij, dempto Petro, à Sindicis Communis Bleſij, & Lomaſij ducentas libras exigebant, & à Bartholomæo, & Antonio Scaligeris Fratribus in antiquo iure decimandi ſuper Ripæ ditione;

anno 1578. 3. Decembris ſunt confirmati, ſupplicatione prius exhibita. Cuius dicendi forma cum antiquiſſima ſit Gratiadeiquè priſcioris dignitatem indicet, orſum ſugeram tantùm.

Alli Magnifici, e poſſenti Segnori M. Bartholomeo, & M. Antonio Fregi dalla Scala.

Notifica alla Segnoria voſtra Graciadè, & Giacomo Fregi, e fioli Zandrè de Cognomi fiolo, che fù del Nobile Cancelliero M. Graciadè da Campo antigi amixi, e ſeruiori di caſa voſtra, che igi ſia ſoe Dexeme, e ſoe poſſeſſione, ſotto la Segnoria voſtra in la Prona de Riua, & delle ſoe pertinenze &c.

Galaſſus anno 1454. à Georgio Epiſcopo Tridentino Paternis feudis, quibus fuerat ſpoliatus, donatus eſt, Campi ſcilicet Caſtro, Doxi, & Merlini Caſtelania, mero, & mixto imperio, & Decimis Vaſſalicijs, ſicuti Archi, Lomaſi, Blezi, Bori, Rendenæ, Viguli, in Tridentina Diœceſi.

Ex hoc familiam Galaſſiam progemmatam inquiunt, nuper ab Matthia Galaſſio Supremo Cæſaris Præfecto potiſſimùm elata: ob cuius egregiã nauata belli, & conſilij, opera, Boemæ Ciuitatis Dux electus eſt.

Petrus autem memoratus Alberti filius Veronam conceſſit: de quò in Inueſtituris Tridentinis mentio facta non eſt: exilio enim datum fuiſſe apparet, ob diſſidia inter eum, & Epiſcopum orta.

Hic cum ſupplicationem Mediolani Duci, & virtutum Comiti Veronæ tunc Imperiũ obtinenti præbuiſſet, qua Veronenſem ciuilitatem expoſtulabat, eiuſdem Principis literis præcipitur eum ad omnes ciuiles honores fore admittendum Egr. Viro Spinetæ Spinulæ Prætori Veronæ, & Nob. Viro Faciolo de Aliprandis Ducali Referendario inſcriptis.

Ioanninum procreauit Petrus, ex quo Chriſtophorum noſtrum ſuſcepit: omnium profectò ſui temporis Iuriſconſultorum præcipuum: ea propter non tantùm Conciues, exteriquè eius Conſilijs vtebantur, & ad ipſa, tanquam ad fontem exaurienda percurrebant; verùm Ciuitas ipſa eius virtutem apprimè magnifecit: Maiores ideòque Magiſtratùs, & difficiliora munera in ipſum non tantùm contulit. Verùm cum municipales leges condere decreuiſſet, Inter alios, tantæ rei cura Chriſtophoro data eſt: quo munere cum Bartholomæo Cæpolla, Petro Franciſco Iuſto, & Antonio Peregrino Iureconſultis, & alijs breui temporis motu totum

negotium prouidiſſimè malaſſauit.

Deceſſit Vir clariſſimus, & teſtatus eſt 1461. 4. Ianuarij: cuius teſtamento, à Clemente Cucalmaleo Tabellione Spectab. & Famoſiſſimus I. V. D. nuncupatur. Amplarum oppum hæredes nedum, virtutis vtique reliquit. Ioan. Franciſcum, & Iacobum, illum ſtrenuum Equitem à Friderico Imperatore III. 1452. cum alijs nobilibus creatum I. V. D. Hunc I. C. ambos Collegij noſtri præcipuos, ob quorum Eminentiſſimorum Virorum merita à Veronenſi Paſtore in multis Pagis Ius decimandi eis permiſſum eſt.

Horum poſteri atauam dignitatem ſemper proprijs Virtutum viribus ſuffulciuere, & oppibus dignitatibus, & Nobilium familiarum cognatione ſummopere adauxere: quorum nouiſſimus ſuperſtes eſt Iacobus, apud quem reperiuntur multa Inſtrumenta omnia hæc, aliaquè comprobantia, qui poſt belli experimenta, Germaniæ exhibita, & ſeruitutem Reipublicæ præſtitam, tùm belli tempore, tùm cum in Caſtris degiſſet à Conſilio Rogatorum, Franciſco Erizzio Duce, Caſtri Verij Comes cum Chriſtophoro Fratre, & poſteris eſt declaratus.

Vxorem cum eſſet ducturus, neque à priſco Nobilitatis tramite deuiari maluerit; Genuenſem procerem duxit Nobiliſſimæ, & Antiquiſſimæ Spinulæ Gentis.

GVLIELMVS GVARIENTVS.



GVarienta Proſapia, ſiuè à Putea Veronæ perantiqua, & Nobilliſſima à Regione quò ædes tenebat, & à Pigna nuncupata: Heroes genuit non ſingulos quorum vnicum Guarientum quædam, quem Sigiſmundus Imperator Equitem Piſcheriæ cum alijs Nobillibus creauit, 30. Setpembris anno 1433. Dum per Benacum tranſiuerit Rauricenſe Concilium petiturus, *M. S. A. fol.* 33. cum Aluyſio del Verme, quem Sanguinetti, & Corrigij Comitem creauit, Antonio de Nogarolis, Bartholomæo Campagna, Iacobo Lauagnolo, Ioann. de Caballis, Gentili Spoluerino.

Ex hac Pax quidam Venetias antea Orator fuerat anno ſcilicet 1405. qui cum à Scriptoribus aliquando Guarientus, aliquando à Putea in *M. S. fol.* 30. promiſcuè cognominetur vnicam Familiam inhæſitanter fuiſſe rendum eſt.

Horum Germen eſt Gulielmus, qui Gulielmi à Pigna proaui Collegiati noſtri geſta ſectatus virtutum omniũ exhibuit ſpecimina. Fuit enim ſui temporis Orator præſtantiſſimus, & in publicis Magiſtratibus gerendis inacceſſibilis: Erat enim, teſte Curtio, *lib.* 16. Doctor non tantùm, ſed Philoſ. eximius: ea propter Nuncius fuit ad Andream de Burgo Imperatoris Legatum Veronæ poſſeſſionem recepturum: anno 1509. quò, & ad Cæſarem ipſum, vt de acquiſitione congratularetur ſimul cum Co. Antonio

nio de Sancto Bonifacio. Item ad eundem cum Petro Salerno Equite miſſus eſt, vt Galeotum Nogarolam, & Iacobum Spoluerinum cum Mantuæ Marchione captiuatos haberet commendatos, ſiuè cum permutatione reddimeret, nec non contra Leniacenſes, & Fridericum de Sancto Bonifacio à ſua Maieſtate deficientes prouideret: vt iſdem *M.S.* fol. 59.

Ad ipſum itidem anno 1510. cum Guido Maphæo Equite, vt præſidium admodum ſuſſurans, Verona egrederetur fol. 61. legatus eſt, & ad Vice Regem Neapolis intromittendum, vt Curt. *lib.* 17. & tandem Venetias, anno 1517. vt Senatui de nupera congratularetur redemptione: quà legatione ipſum tantùm Orationem ex 12. Oratoribus habuiſſe ſcribit Curt. *lib.* 19.

Sed quantum ei Patria debeat, præter cætera, inconcuſſa patefacit fides, quam ſolam cum enixe oſtendere aueret, ante Georgium Epiſcopum Tridentinum Veronæ Cæſaris Præſidem, eadem cauſa quà Braydam in quattuor mille Ducatis condemnatum fuiſſe Curtius refert, in Arcem ipſe coniectus eſt, & cum illo, & Franciſco Baialotto Prouiſore extortus, & tandem ob merita liberatus, *vt M.S.A. fol.* 70.

Nepotes habuit virtute conſpicuos, & Collegij noſtri meritiſſimos, Iacobum 1437. Bonifacium 1509. & Ioann. Equitem 1537. qui omnes Magiſtratus ſcitè geſſere.

Alios connumerare poſſem, qui eorum inclytis operibus Familiam valdè extulerunt. Sed cum iſti ſufficiant, vt Illuſtris dignoſcatur eos prætermittam, quemadmodum Franciſcum Maiorum memoria præmortuum D. Stephani PP. Equitem præclariſſimum: cuius Vxor in D. Zenone in Monte condita, ex hoc marmore.

Tumulus D. Camillæ Lafranchinæ
Vxoris Perilluſtr. Domini Franciſci
Guarienti Equitis
Sacr. Religionis Sancti Stephani
M. DC. XXIV.

BAR-

BARTHOLOMÆVS CEPOLLA CO. ET EQ.



SI qua Familia, Collegium, ſeu Vrbs præclariſſimis, & doctiſſimis gaudet alumnis; Cæpolla, noſtrum, Verona, non immerito exultat Bartholomæo, cuius virtus patriam exornat.

Nobiliſſima ſpecie propagatus patriæ noſtræ perantiqua, & non vulgaris nominis, & fortunæ conſpicua, atque à Ioanne noſtro I. C. anno 1378. mirum in modum ellata, Iuris prudentiæ adeò ſe dedidit, vt ea ſcripſerit quæ per Aſtreæ cultorum manus quotidie pertranſeunt à Panuinio *Antiq. Ver. lib. 6.* hiſce relata.

Bartholomæus Cepolla I. C. Patrum memoria Veronæ floruit: qui cum Doctiſſimus ſit multa ab ſe ædita opera publicauit: in quibus ſunt, cautelæ cauſarum Ciuilium Iuris, de ſimulatis contractibus, de Prædijs Vrbanis, de Prædijs ruſticorum, de Re militari, de primo, & ſecundo Cod. de furtis, de ſeruitutibus ruſt. Vrb. præd. de contractibus, Conſilia Criminalia, Conſ. Ciuilia, de Imperatore militum eligendo in authenticam, ſed nouorum, & alia comentaria in tit. ff. de ædil. edi.

Interfuit etiam ad Patriæ condenda ſtatuta, vt ex eorundem præfatione colligitur. Hæc autem addenda cenſui, nè tanti Viri dignitatum memoria apud homines aboleretur: eò potiſſimum, quoniam de his Scriptores mentionem non agunt. Eum ſcilicet Patauij Primarium fuiſſe Iuriſciuilis profeſſorem, per multam annorum

norum ſeriem, & cum in dicendo, & edendo virtutem ſuam patefeciſſet, à Summo Pontifice Aduocatus Conciſtoralis electus eſt Comes Palatinus, & Eques Lateranenſis, vt ex eius Conſilijs à Salutello collectis, apparet.

Alia de eius virtute ſubnectere famam potius foret denigrare, quam meritis præconijs magnificare; quemadmodum patrios honores non tangam, & innumeram legationes omittam.

Deceſſit Patauij anno 1474. vbi vxorem, ac filium amiſerat eiſque hoc monumentum. In Æde D. Franciſci reparauerat.

Marthæ Cepollæ Conſorti, Hieronymo filio
Bartholom. Cepolla Veron. I. V. D.
F. F.

Nepotes virtute conſpicuos ſuſcepit; & ſimiliter Collegij noſtri meritiſſimos Viros Petrum Franciſcum, Michaelem, Leonardum, Dionyſium Io. Franciſcum, & Benedictum.

Leonardus ſui æui profecto priorem Patriciorum locum obtinuit: nullus enim in Ciuitate honos, quin in ipſum translatus fuerit. Præter quos, ad Andream de Burgo ſupradictum Cæſareum Legatum recepturum, anno 1509. Orator acceſſit, cui publico nomine etiam luculenti Oratione reſpondidit, & 1511. ad Cæſarem ipſum cum Angelo à Burgo Eq. vt ipſum rogaret, ne præſidium Veronenſes oppidanos crebioribus infeſtare moleſtijs permitteret. *M. S. A. fol. 64.*

Orauit etiam Vir Clariſſimus, publico nomine, ante Marcum Cornelium Cardinalem ampliſſimum; Dum Veronenſem Epiſcopatum adiuerit: anno 1504. Et quid dixerit, vt populum commendatum haberet, Curtius edocet, *lib. 16.*

Præter multa legata eius Teſtamento relicta, veſtem legimus purpuream, qua Iudices antea induebantur, vt etiam annuunt priſciores eorundem Icones.

Humatus eſt D. Bernardini periſtylo hoc Elogio.

Leonardo

Leonardo Cepollæ Comiti, & inter Iur. Vtr. Doct.
Clariſs. Excellenti, Patriæ vtilitatis accuratiſs.
attinentium, amicorumque, vigilantiſs.
Scrutatori Pientiſs.
Filij poſuere M. D. XX.

Dionyſius Duumuiratus dignitate non ſemel potitus, Præturam Vrbanam toties geſſit, quoties eius iterata monumenta ſuper Mercatorum Domo conſpiciuntur.

D. Anaſtaſiæ ſepultus eſt intra clauſtri oſtium hac ſub effigie memoria.

S. Eximij Doct. D. Dionyſij Cepollæ
ſuorumque Heredum ob.
M. D. VIII.

Ioann. Franciſci hæc ſub gentilitio ſtemmate ſuper Mercatorum pariter Atrio leguntur.

Ioan. Franciſcus Cepolla Vic.

Quemadmodum, & Benedicti.

Benedictus Cepolla Legum Doct.
Vicarius. Anno M. D. L.

Hic habuit filias pias, quæ vt Diui Franciſci (quem dicimus à ſtigmatibus) ſtrueretur Delubrum, proprium fundum eiuſdem ſodalitati donarunt, ideò ſub Benedicti effigie (Eccleſia tandem conſtructa) Viri ſocietatis grati hæc verba pro roſtris poſuere.

Benedictus Capolla I. V. D.
Olim huius fundi herus.

Hæc verò alibi ſub Clypeo.

Catha. Eliſab. Leon.
Bened. Capolla filiæ
Et coher. viuentes hunc
In honorem D. Franc.
Fundum donarunt
Dotaruntque M. DC. XVIII.

Super tumulo Catharinæ à Societate reparato.

Catherina Capolla
Solum huius Eccleſiæ
Naſcituræ donauit,
Legatoque perpetuo auxit.
Hinc grata Seraphica Societas
Pijſſimæ Mulieri
Sic requirenti.
Proprio ſumptu Sepulcrum
Condidit
Anno M. DC. XXX.

IO. NICOLA FAELLA CO. ET EQ.



PRiſcas inter proſapias, quæ natalia Veronæ
retur traxiſſe, Faella non immeritò occurrit prę-
cipua: ex qua vſque ab 1279. Bonauentura
floruit, ex quingentis Conſiliarijs ab Ezzeli-
no delectis.

Vixit, & Nicolaus q. Domini Vancij Iure-
conſultus noſter, qui Familiam ex Verona,
Vincentiam tranſtulit: quemadmodum Paiarinus teſtatur, eam-
que Scaligerorum æuo opibus, ciuiumquè affinitate plurimum
valuiſſe refert.

Huius gentiles diſciplinis etiam militaribus deditos, haſtiludio-
rum diſciplinam exercuiſſe legitur, & in nuptijs Antonij Scali-
geri, & Samaritanæ Polentanæ, anno 1382. Iuſtinianum ſtrenuè
cum alijs proceribus concertaſſe.

Vixit, & ex his Bonauentura, Omniboni filius anno 1397.
Maximo Ciuitatis męrore præmortui, qui inter præcipuos Ciui-
tatis Patritios connumeratur à Curtio.

Bonauentura autem præter Bonauantium fœminas quatuor,
item maſculos habuit filios tantundem: qui exilio dati forum
Cornelium incoluerunt, ibique hanc gentem dignitatibus ſęcula-
ribus, & Eccleſiaſticis adhuc vſque floreſcentem progemarunt.

Ex Bonauantio Ioannes, & alij orti ſunt: qui ex Dorothea
Nobilium de Alcenago Vitalianum ſuſcepit, quem habuit Paren-
tem Ioannes Nicola Doctoralibus inſignibus à Cæſare dona-
tus,

tus, & noſter I.C. qui præter Patriæ Magiſtratus conſpicuos ſummis Viris conferi ſolitos, quatuor Orator, (vt inquiunt) ad congratulandum miſſus eſt: Franc. ſcilicet Fuſcaro 1423. vt ex *M.S. A. f.* 32. Paſchali Maripetro in quem luculentem orationem habuit: 1457. fol. 40. Chriſtophoro Mauro ante quem itidem orauit: 1462. ab eoquè Eques aureatus creatus eſt, eodem fol. & tandem 1472. Nicolao Trono, Sereniſſimis Ducibus fol. 42. quibus legationibus grande eloquentiæ propriæ experimentum exhibuit.

Ab exteris quoquè Principibus maximo amore eſt proſecutus: qui eius perſpecta virtute idipſum maximis priuilegijs coneſtarunt: inter hos ſunt, non tantùm Summi Pontifices, vt notat Sebaſtianus Faella, verùm poſtremum Fridericus III. Imperator: Dum eundem Ioan. Nicolam Palatinum, & Lateranenſem Comitem, Imperialis Curiæ familiarem, & Nobilem creauerit. Priſcumquè ſtemma Aquila bicipite coronata inſigniuerit, & infraſcripto modo formauerit Ferariæ 16. Maij 1452.



Diplomatis ocſi verba cum eius virtutem, & Nobilitatem aliquo modo aſſerant, ſuggeram.

Fridericus &c. Spec. legum Doct. Ioan. Nicolæ de Faellis de Verona Sacr. Lateranenſis Palatij Comiti noſtro, & Imperij Sacri fideli dilecto gratiam Cæſaream, & omne bonum. Nobile genus tuum probitas; fides, & erga noſtram Maieſtatem deuotio, literarum ſcientia, &c.

Nedum ex eodem Notarios, & Iudices ordinarios creare, & illegitimo ortos coitu, ad ſucceſſiones reddere aptos permiſſum

eſt; verùm ætatis veniam concedere quod nullis, vel alijs paucis permiſſum legi.

Multa ſcripſit Vir Clariſſimus, quæ haud, quanquam diligens intercesſerit cura, adinuenire valui: præter Epiſtolam ad Co. Hieronymum Riarium fori Cornelij Dominum, inſcriptam quà Mapheiæ gentis laudes, & originem, præſtantiſſimo Viro, vt ſuperius annui, demonſtrat, cui reſpondendo Bernardinus Abreuiator Apoſtolicus ex Familia Mapheia, eum priorem Veronæ Patricium appellat.

Dum hæc ſcriberem diplomata multa mihi exhibita ſunt, quibus tanti Viri virtus, & merita indicantur.

Franciſcus Titul. Sancti Euſtachij Diaconus, Cardinalis eum familiarem continuum Commenſalem, & Domeſticum addixit, & à Principibus expoſtulat liberum, per ditionem tranſitum abſque aliqua pedagij, ſiue homagij ſolutione. Romæ 6. Nouembris 1469.

Chriſtophorus Mauro Venetiarum Dux vniuerſis, & ſingulis fidem egit de virtute huiuſce Viri, & Principes rogat, vt eum gratè recipiant cuius Ducalis 14. Febr. 1463. initium ita exaratum eſt.

Ea eſt Virtutum, & morum præſtantia, atque integerrima fides Sp. I. C. & Comitis D. Ioan. Nicolæ Faellæ Eq. Ciuis, & fideliſſimi noſtri Veronenſis: vt dudum de nobis benemeritum arbitrati ſimus, in quem omne decus, & commoda ſua omni ſtudio indicemur, &c.

Idem Princeps eodem diplomate quo Cardinalis eum exteris Regulis commendauit, dum Senam Prætor eſſet profecturus, cohoneſtauit 26. Aprilis 1468.

Anno etiam 1472. delectus eſt in ſupremam illam dignitatem: quam in Lelio Iuſto Eq. memorauimus, in magnum ſcilicet Populi Florentini Præfectum, in quà electione hæc conſcribuntur, præſertim.

Sub Scindicatu Caroli Zenobi, Pauli de Chiaceto, Pagnozi Pagnozi de Ridolfis conſtitutorum ad inquirendum bene, & diligenter de aliquo viro virtutum fama inſigni ætatis qualitatis, &c. Ioann. Nicola Faella Magnificus generoſus Miles, Comes, & famoſiſſimus I. V. D. electus eſt Capitaneus magnus Populi, & Communis Florentiæ Not. Angelo Cinozi Ioan. Cirij Ciu. H. l. O. anno 1472. 23. Auguſti.

Talis

Talis etiam ſubſtantiæ Inſtrumentum apud hæredes aſſeruatum legimus.

Anno 1486. 28. Octobris Tridento. Ferdinandus Hiſpaniæ Rex cum Iſabella Vxore miſerunt, Frat. Ioannem Sperandeo Ord. D. Hieronymi Hiſpanum cum præſtanti oblatione ad D. Simeonem puerum ſuperioribus annis à Iudæis Tridento innocenter necatum: nec non pannum ſex duplicem Longini Mucrone transfigeret, cuius panni perforati plicam vnam idem Fr. Monialibus S. Fidentij (nunc S. Ioſeph) Veronæ donauit. Dum Tridentinam Præturam gereret Nob. & Spect. I. V. D. Ioannes Faella de Verona.

Quos liberos procreauerit inferius locabo.

CHRISTOPHORVS LAFRANCHINVS

C. O. ET EQ.



VAluaſoria dignitas à Friderico Ænobarbo primum inducta, ſic à Valuarum Imperatoris cuſtodia Valuaſoribus impertita nuncupata, ab eo primum Veronæ præſertim, in Caualcaſorum Lafranchinum Nobilem Vrbis originarium tranſlata eſt. Qui exin ob fidem erga Fridericum eximiam cum Pilio de Nicheſola, & alijs Valuaſoribus, iuxta Eccleſiam Diui Marci Cæſus eſt, anno 1157. ſecundum Curtem *lib. 5. ſiue iuxta M.S.A. fol. 5.* 1164.

Hoc, alijſquè honoribus, hæc Familia illuſtrata plurimos tulit Heroes: quorum præclarum Chriſtophorum noſtrum, qui legalibus ſtudijs Bononiæ datus, ſpecimen propriæ eloquentiæ in Oratione exhibuit: quam in Nuptijs Gherardi Biuilaquæ, & Conſtantiæ de Bentiuolijs habuit, eamquè excuſſam modo videmus, Iuriſprudentię tandem candidatus, & inter cætus noſtri Clariſſimos exaratus, ſtatim conceptam Virtutis famam executioni demandatam Verona experta eſt adeò, vt inter Iureconſultos Illuſtres à Panuinio hiſce computari meruerit.

Pientiſſimus, & vtriuſquè Iuriſconſultiſſimus ſuo ſæculo fuit Chriſtophorus Lafranchinus, Nobilis Veronenſis: cuius vulgò liber circumfertur cui titulus eſt de præcedentia Doctoris, & Militis. Hic, cum eſſet amplis opibus honeſtatus, multa in pios vſus erogauit.

Hieronymus à Curte *libro* 15. Lafranchinum de Lafranchi-

nis

niſi, tanti libri Auctorem fuiſſe, aut immeritò autumauit.

Non tamen Viri dignitates prætermittere lubet, quamquam id Panuinius maluerit, præter enim legationes ad Venetiarum Duces ſuſceptas, ante quos per eleganter orauit anno 1462. primo, & 1472. ſecundò, fuit etiam Friderico III. Imperatori Cariſſimus, adeò, vt eum in Conſiliarium elegerit, eamquè dignitatem in fratres, & poſteros tranſtulerit, & Commenſales Co. Palatinos, & Equites Lateranenſes adſciuerit eis Iuriſdictionibus talibus dignitatibus annexis, præter quas priſcum gentis ſtemma comprobauit, & Aquila alis expanſis duobus coronatis capitibus Galeam inſigniuit, vnguibus breue retinente VIRTVTE DVCE. Inſcriptum, quemadmodum ex diplomate legitur dato Ferariæ 1452. 16. Maij cuius verba Familiæ ſui ipſius, & forſam implicitè Caualcaſoli memorati fidem, & decora præcipuè indicentia hæc ſunt.

Hoc namquè ipſorum progenitorum tuorum fides inconcuſſa expoſcebat, hoc tua virtus meretur, innataquè probitas, literarum ſcientia, atquè fides, quibus in coſpectu noſtræ Imperialis Maieſtatis multipliciter claruit nomen tuum, hoc meritorum tuorum infinitus numerus expoſcit.

Fuit quoquè Borſij Ateſtini Mutinæ Ducis intimus: qui cum Chriſtophori merita quodammodo recenſere aueret, liberum additum per totam ditionem, cum quatuor famulis, quinque Equis armis, & ſarcinis permiſit: quemadmodum patet ex priuilegio, quò ſemper eum Spec. Militem eximium Doctorem, & Virum præclariſſimum appellat. Dat. Foſſadalbaro 20. Martij 1455.

Fuit, & ab alijs Europæ Principibus admodum adamatus: eo potiſſimum, quia in arduis, & difficillimis negotijs eius Conſilio vtebantur, & opere.

Pias res, quas cum eſſet ditiſſimus, feciſſe refert Panuinius: præter Cæteras, ſunt Maius oſtium Templi Carmelitarum ſuper quò adſunt ſub Clypeo hæc verba.

Deo M. & Matri ſemper Virgini
Chriſtophorus Lafranchinus Iuris Doct. & Co. Equeſque
Suo are, & ſponte viuens dicauit.
Anno Salutis M. C D. XXCIII.

Illud quoquè D. Euphemiæ Heremitarum, quò pariter hæc leguntur.

DEO. V.
Sp. Doctor, & Comes Equeſquè D. Chriſtophorus
Lafranchinus ſponte: V. F. I.
Anno Humanati Verbi M. CD. LXXVI.

Legauit cum deceſſiſſet ijſdem Hæremitanis maximam pecuniæ vim, quà multa in Eccleſiæ Commodum, & Dei honorem conficere potuere. Eorumque Fano, Teſtamentario iuſſu, humatus extat. Sepulcro, & exequijs perhonorificis.

Maximos Viros poſteros habuit, & legalis ſcientiæ Collegij noſtri pariter Profeſſores Bartholomæum, & Octauium, Atauam virtutem adamuſim æmulatos: quorum Pronepotes à Sereniſſimo Dominio nupero Comitatù ſunt cohoneſtati.

ANDREAS DE BANDIS.



NEc non inter cætus noſtri Perilluſtres hicce re cenſendus eſt: cum nedum honores, ac virtus eius nomen ad immortalitatis Templum, præſertim extollant, verum vetuſtiſſima Auorum claritas, cuius radices ex Cypri Pamphilij Æquoris Regno exantlandas eſſe, & Scriptores, & Regum Diplomata teſtantur: quò adhuc opibus, dignioribus muneribus, & Illuſtriorum Procerum cognatione clareſcit: Diplomatis en verba:

Hauendo riſpetto alla ſingolar fede, & grata deuotione dell' anima, & della mente delli Nobili Veroneſi de Bandi, che hanno habitato anticamente, & al preſente habitano quel Regno noſtro di Cipro; li quali coſtantemente, & con ſincera fede hanno ſeruito la felice memoria delli quondam Sereniſſimi Re, & maſſime ſuocero, & marito noſtro inuitiſſimi; dalli quali per loro meriti hanno ottenuto prouiſioni; priuilegij, & gratie ampliſſime, &c.

Talis originis haud immemores tranſacti temporis Bandæ hæc ſuper D. Rochi Cornbij, Veronenſis Diæceſis Templo: quod ob luis depopulationem iam omni pietate, ac religione clara propago, voto à fundamentis erexit: & ſuper proprio eiuſdem loci ſublimi habitaculo: cuius latifundium cum omnibus immunitatibus, & iuriſdictionibus iam à Scalanis emptione quæſiuit, idque Architecturæ elegantia, & vaſtitate non priuatorum

Nobi-

Nobilium, at Principum Domicilium, haud immeritò intuentium oculis videtur. Hæc hiſce inquam locis pro roſtris ſub ſtemmate ſunt exciſa.

Signa priſca, nobilis ac vetuſtatæ gentis Bandæ
In qua Piſis, Verona, in inſula Cypro multi proceres,
Et equites claruere, in primis Marcus,
Et Ioannes Duces copiarum Regum, ob merita
Signa ipſa, Regis ſignis aucta decorataque.

Ex horum Pronepotibus Atauam gloriam ſectatis, quos colligere ſinunt relicta Scripturarum fragmenta, & fractæ earundem reliquiæ, ſunt, Philippus Legationibus, & Patrijs Magiſtratibus clarus: ſicuti priſcæ Scripturæ commemorant, ab anno feliciſs. noſtri adepti Dominij. 1405. & Antonius Collegiatus noſter, qui anno 1422. res Vrbis agebat, cum alijs ſeptem Nobilibus, quos memorat Curte *lib.* 14. Daniel Andreæ Patruus, cum apud Principem noſtrum maximæ exiſtimationis foret; aureatus Eques addictus eſt: die 9. Auguſti 1481. *M. S. A. fol.* 44. & à Ioann. Anton. Pantheo loco inferius memorando Equitis ſplendidiſſimi Epitetho nuncupatur: & poſt duos ſucceſſiuos annos cum Ioanne Biuilaqua, ac Thoma de Æmileis Equitibus, Carolum Aurilenſem apud Venetos Militiam agentem, Caſtra petiturum in Valle Pullicella obuiam occurrit: vt ex iiſdem M. S.

Ex his eſt Andreas omnium literarum genere Clariſs. cuius virtutis nomine nulla fermè maius nouerunt Veronenſium ſæcula, qui cum cæteris gentis ſuæ maximo pomparum faſtigio Cattarinam Corneliam de Luſignano, Cypri Hieroſolymæ, & Armeniæ Reginam anno 1497. acceptaiut, vt ipſamet aſſerit in memorato Diplomate Dat. Aſili 20. Decembris eiuſdem anni his verbis.

Et non manco hauendo riſpetto alla cordiale deuotione, & opere, chè hanno moſtrate verſo noi, & Regno ſteſſo: Il Spet. D. Andrea Dottore preſtantiſſimo, li fratelli naſſuti del q. noſtro Chriſtoforo, Galeazzo, & fratelli del q. Magnifico Caualier Daniele, Antonio, & Pietro con li altri fratelli del q. Meſſer Giouanni; nel paſſar noſtro per l'Inclita, & Celeberrima Città di Verona, &c.

In

In cuius rei monimentum Regale Clypeum de Luſignano Coronatum cum duabus hinc inde Machæris rotulis circundatis inſcriptis.

POVR LIEALTA MATENER.

ipſis elargita eſt, ſicuti Nobiliſs. Brandolinorum genti conceſſum fuiſſe ſcripſit Sanſou. Fam. Ill. vt eo vnitim, ac diſiunctim publicè, ac priuatè vti pro libito poſſent, ſicuti ſemper exin vnitim cum propria Iani Bifrontis hoc dicterio fecere.

Illum imitare Deum qui ſpectat vtrumque.

Ex talis Regis titulo facilè Viri noſtri exiſtimationem inducimus, ſicuti ex patrijs magiſtratibus quibus cum donatus fuiſſet Vrbanam Præturam præſertim geſſit: anno 1482. Cuius cippum in Mercimoniam agentium Prætorio adhuc reperiri conſpicimus Leniaci etiam Præturam obtinuit, ideoque Ioann. Antonius Pantheus, in Præfatione confabulationum de Thermis Calderianis, (quas Andreæ ſuaſu, & impulſu adimpleuiſſe profeſſus eſt: & ad ornatiſſimum Cæſareæ, Pontificiæque Cenſuræ Conſultum Andream eundem nuncupauit) ita de illa memoriam facit.

Cęterum meo Andreæque deſiderio, quum adhuc in Patria eſſem obſuit laborioſa lectionum aſſiduitas, interea euenit, vt ille à vobis centuriatis Primatum ſuffragijs in Leniacenſem Præturam miſſus, ego verò in Academiam Patauinam ad Pontificias ſantiones nauandas, in diuerſos conceſſerimus, &c.

Huiuſmodi materiebus admodum delectabatur Andreas: non etenim iurium tantum peritiſſimus fuit, verùm Philoſophus Excellentiſſimus: qui tandem cum anno 1499. obijſſet hæc itidem eadem Regina in tanti amiſſi Viri dolorem ſcripſit. Soncinæ Martinenghiæ de Bandis.

Ne hà dogliuto grandemente hauer ſentita la cauſa del tardo ſcriuere, per la morte del Sp. M. Andrea: qual' appreſſo di noi era in non poca eſtimatione, per le ſue eccellenti conditioni, &c.

Dat. in Aſolo 9. Marzo 1499.

Regina Cattarina.

Amore aprimo profectò Soncinam proſequebatur Regina, in calce etenim Epiſtolæ hæc ſubdit.

Chiamandoui, & deſiderandoui continuamente, & offerendoci à voi,

& à tutta quella Nobil Caſa, per quanto poſſiamo; oue gli poſſi eſſere honore, & beneficio.

Soncina hæc eſt, quæ Sanguinetum cum imperio mero tulit pro dote, quòd habuerat Martinenghia Nobiliſſima propago dote itidem genitæ Gentilis à Leoniſſa ſupremi Sereniſſimę Reipub. Præfecti, quod ipſi antea elargita fuerat. Sanguineti itaque ampliſſimis priuilegijs Comites Bandæ ſunt declarati: Cuius ſpectatiſſimæ, & opulentiſſimæ gentis Galeatius quoquè floruit, Eques præſtantiſſimus, qui anno 1504. ad Cardinalem Cornelium Veronę, Epiſcopum, Legatus fuit teſt. Curt. *lib.* 16. & anno 1509. Benaci Lacus, Præfectus, vt ex *M. S. A. fol.* 56. Banda inter Viros Armis Patriæ Illuſtres, à Mauritio Mauro locatur, & maiorum æuo Gabriel refloruit Sanguineti Comes: qui ob Summi Pontificis, Ferariam aduentum, adeò ingenti pompa veſtium luxu, & anteambulonum caterua eum obuiam profectus fuit, vt magnificentia neminem eum anteiuiſſe teſtatus fuerit Cęſar Borſetus, ſicuti opiparis ſympoſijs ſybariticis meritò comparandis.

Claruit demum præſtantiſſimæ tantæ Domus Nicolaus, anno 1555. Collegiatis noſtris adſcriptus: qui ſi inter vitam agentes diù computatus extitiſſet, maioris virtutis eius obſtendiſſet ſpecimina.

Superſunt modo alij de Bandis, qui antiquiſſima Calderio poſſident prædia: quò gens antiquitus D. Sebaſtiani Templum ſtruere fecerat. Verùm Sanguineti Comitum linea in tribus geniſtis fœminis reſtincta eſt: quarum vnæ matrimonio, in Marchionem Spinetam Malaſpinam Iuniorem meritiſſimum Patritium, (apud quem Illuſtria hæc & alia gentis monumenta ſuperſunt) iuriſditio tranſlata eſt cum Auguſtiſſimis Corubij, & Veronæ Ædibus, quarum has poſt Comitum à Verme exilium, ſemper Bandæ poſſidère magnificè.

PETRVS

PETRVS FRANCISCVS DE BRAYDA EQVES.



BRaydam Familiam, ſiuè de Brà Germanicè Braher nuncupatam, ex eadem Germaniæ Regione originem traxiſſe ferunt; quò & adhùc literis emicare, Ticonis Aſtrologi eximij opera: præſertim teſtantur, Clypeiquè quodammodo ſimilis equiformitas.

Hæc Vincentiæ nedum floruit Scalanorum æuo, ex Verona in eam Vrbem translata; vt annuit Paiarinus; verùm eidem Patriæ noſtræ, quò ſemper literis dignitatibus diuitijs, & Illuſtrium familiarum adgnatione claruit: eamquè non modicè Petrus exornauit Hieroſolymitani Regis Brixiæ Vicarius, memoratus à Curt. *lib.* 19. anno 1279. quemadmodum Bonſignorius Collegij noſtri Iureconſultus Clariſſimus anno 1354. ac Conſtantius Eques, & S. Vitalis Veronæ Commendatarius, cuius in Inſtrumento Annalium Canonicorum hæc memoria legitur.

6. Auguſti 1380.

Reu. Vir D. Fr. Leonardus de Vagnonis de Pedemonte D. G. Abb. Monaſterij SS. Nazarij, & Celſi de Verona Sindicus, Procurator, & Locumtenens Venerab. Viri D. Conſtantij de Brayda Ordinis Hoſpitalis S. Io. Hieroſolymitani de Pedemonte de Marchionatu Salucienſi Præceptoris Domorum S. Vitalis, Sepulchri, & Hoſpitalis de Verona.

Tanta

Tanta gente propagatus Petrus Franciſcus Iuris prudentiæ laurea, & Collegio eſt cohoneſtatus: qui præter cæteros Patrios honores ad Andream ſæpedictum de Burgho legatus fuit 1509. eloquentia itidem præter eoſdem immenſas opes non humili adiecit Patrimonio, ideoquè cum liberè, & omnibus ſpretis periculis, in publicis Comicijs ante Cæſareos Præſides ob Annonas è Ciuitate amotas admodum condoleret; in quatuor millia aureorum mulctatus eſt; & Mirandulam relegatus; Curt. *lib.* 19. ob cuius fidelitatem è manibus Imperialium à Venetis Verona in deditionem, habita ipſi dum vitam gereret ducentorum aureorum honorarium annuum, tribui iuſſere, & à multis vectigalibus eximere: vt ex diplomate legitur 15. Iunij 1517. Leonardo Lauredano Principe.

Eodem anno cum Venetias legatus eſſet, vt Senatui de redemptione congratularetur aureatæ Militiæ inſignibus eſt donatus: eaquè legatione quantùm cum Cooratoribus Ciuitatis vtilitatem opitulatus fuerit, eiuſdem Ciuitatis priuilegia patefaciunt.

Eidem Conſilium impertiuit, vt ingens vexillum conſtruendum mandaret Vrbis, Andreæ Gritti, Io. Pauli Gradenicique Clypeis, & Leone delineatum, idquè in deditionis monumentum Senatum largiretur; teſte Curt. loco citato.

Doctiſſimè lingua non tantùm, ſed calamo cauſas etiam forenſes ſuſcepiſſe nemo ignorat; Verùm ex belli ærumnis Conſiliorum iactura orta eſt.

Nepotes habuit Omnibonum legati munere functum 1592. vt ex Statutis depromitur, Hieronymum, cuius hoc monumentum ſuper Mercatorum Atrio reperitur.

HIERONYMVS DE BRAYDA I. C. PR. ANNO

Et Petrum Franciſcum alterum, de quo infrà locuturi ſumus omnes Collegij, & Ciuitatis præcipuos.

Petrus porrò hicce Franciſcus anno 1505. 22. Auguſti Teſtamento Eruditiſſimi I. V. D. Hermolai Curtui Ciuis Nouarienſis, & Veronenſis (cum Mattheam Iacobi Braydæ filiam ſuſcepiſſet) Commiſſarius relictus eſt; qui quamquam non ſatis compertum ſit, an Collegiatus fuerit, attamen non abſque ſuſpicionis ſcrupulo ipſum prætereo: ſuper enim Ara ab eo in D. Vitale, & erecta, & dotata Spectab. Collegiatorum titulo hiſce nuncupatur.

LEGA-

LEGATO SPECT. D. HERMOLAI A CVRTIVIS I. V. D.

Fuit etiam Abbatiæ Sancti Zenonis Iudex Supremus.

Anſelmum Hermolai Barbari Epiſcopi Economum fratrem habuit, ſicuti Paulum Equitem Rhodium, Venetijs tertio legati munere functum: religionis Receptorem, & S. Vitalis Commendatarium, in qua Eccleſia cum Fratribus humatus eſt in monumento à Matthęa reparato, hiſce literis Curtiuo, & Braydæ Clypeis ſubcellatis.

Paulo Curtiuo Equ. Hieroſolymitano
Enſelmo Ciui Optimo & Hermolao
Iuris Vtriuſque Doctori Fratribus
Chariſſimis Matthæa de Brayda
Hermolai Coniux Superſtes Pientiſs.
Poſuit.
Anno Salutis M. D. V I.

Hæc Gens in Catharina Sorore reſtincta eſt: quæ tamen cum Io. Iacobum Nauarenſem, itidem Virum habuiſſet Nobiliſs. Torniellæ proſapiæ, quæ & Patriæ dominio iam potita eſt, cum bonis cognomentum Curtiuorum tulere poſteri, ex quibus ſuperſtites Curtiui deſcendunt, quorum inter alios vixere, Paulus I. V. D. Cathedralis Canonicus, Io. Iacobi Canonici ex Fratre Nepos Proantiſtes ſubſtitutus, ac legalium reſponſorum oraculum. Laurentius eius nepos, in præſenti contra Turcas minitabunda expeditione à Patria proprij Triremis Præfectus, ſiue Supracomes declaratus: qui multis quæſitis honoribus Aſcriuio deceſſit: quò in Nobilium Dracorum arca pompoſiſſimis militaribus funeralibus conditus eſt. Eiuſque vdos Cineres Ducalibus literis in Ciuitatis regeſto aſſeruatis, Senatus collacrymauit.

Superſunt inter alios, Gaſpar Frater, Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, & Paulus ex Fratre, & ex Comitiſſa Capella Nepos, Iuriſprudentię Patauij candidatus.

THOMÆVS POMPEIVS CO.



POmpeiorum Familia Romæ Illuſtris, præter innumeros conſilio, & opere præſtantes Pompeium tulit: ob eius merita Magni cognomento inſignitum, ex qua alij illuſtres efluxere, qui per Italiam diffuſi eorum memoriæ ingentia monimenta tranſmiſere. Mediolaniquè præfertim adhuc Pompeij Magni veſtigia Fr. Paulus Morigia vigere aſſerit, ibiquè Pompeium Magnum lubentiſſimè incoluiſſe: quemadmodum progenitos quoſdam teſtante lapide apud D. Nazarium Petraſanctam.

Diſ. Man
L. Gracino
Pompeiano
Animulæ iucundiſſim.
Qui vixit Annos XXIIII.
Mater Poſuit
Æmilia Pompeia
Et Sibi.

Bergomum etiam Pompeium Magnum cohabitaſſe hiſce teſtatur Achilles Mucius parte prima.

Romani rerum domini poſt bella triumphos
Hic vitæ extremos tranſiliere dies.
Pompei ſocerique manent veſtigia certa,
Et Mucij, & Marij, Scipiadumque labor.
Aurea teſtantur veteri numiſmata ſigno
Quæ referunt ſculptos nomine, & ore duces.
Hinc Pompeanam Pompei nomine villam
Mœnibus Vrbs ſpectat non procul ipſa ſuis.
Cæſareumque manet quondam inſuperabile Caſtrum
Millibus illud abeſt paſſibus Vrbe decem.
Marmorea antiquis fragmenta euulſa Sepulcris
Romanæ gentis nomina, & acta tenent.
Præterea extabant moles, quas lenta vetuſtas
Neglexit liuor, barbaricuſque ruit.

Ex iiſdem Romanis Proceribus, Pompeiorum Veronenſium genus progemmatum communis aſſerit hominum traditio, nequè id haud veriſimile in Epiſcopio enim lapidem habemus, Panuinio teſte, Pompeios memorantem.

L. Gauij Vindicis
Pomp. Conſ. C. F.
Valeriæ. M. Pulli
Gauij F. T. F.
C. Comiſiæ. Aug.
III. Ariadnes.

Aliumquè apud Philarmonicos Academicos videmus.

Memoriæ
Pompeiæ
Pompeiatiois
Soror.

Hæc Romanę generoſitatis veſtigijs ſectatis, armis, literis, procerum affinitatibus, tùm Veronę, tùm extra, opibusquè ſummopere claruit.

Inter hos eſt Ioannes anno 1438. Vrbis Fortiliciorum Prouiſor, Dionyſius, qui eximijs imbutus virtutibus inter ſui ſæculi Collegij noſtri præcipuos meruit computari, quemadmodum Bartholomęus, qui poſt Legationem apud Andream de Burgho, Cęſareum Legatum, anno 1509. ſuſceptam, ab illo tanti faſtigij cognita virtute Ciuitatis Proprætor delectus eſt: *M. S. A. fol. 56.* Hieronymus Baliſtariorum Præfectus, qui cum Fratribus Franciſcum Gonzagham Mantuæ Marchionem, & Imperialium Copiarum Ducem captiuum Venetias duxit, cum Lucio Maluetio, Vincentio Caſſina, & Petro Spoluerino: ob cuius gratum nauatum opus, centum Cataphractorum Præfectus honorificentiſſimo honorario ellectus eſt: & Illaſiorum Caſtro alijſquè Ruribus cum iuriſdictione Comitatus honore donatus, quod antea fuerat Reip. Veronenſis habitum ab Vberto Nobiliſs. gentis à Tabula anno 1270. vt *M. A. fol.* 11. cuius vixit celebris ille I. C. noſter Thomas; annis antea circumducentis.

Hieronymi, & Fratrum merita Diplomatis 1509. quarto idus Octobris oſtendunt primordia.

Tanta eſt fides, & merita non vulgaria Spec. Viri Hieronymi Pompeij Capitis Baliſtrariorum Dominij noſtri, & Fratrum eius numero ſex cognita per veram experientiam in præſenti bello, quò non degenerarunt à maioribus ſuis, relicta propria Patria, & amiſſis omnibus ſuis facultatibus expoſuerunt propriam vitam in ſeruitijs Dominij noſtri, & præſertim in procurando capturam Marchionis Mantuę, & gentium ſuarum ſicut ſucceſſit, &c.

Quemadmodum ex Ducalibus 1517. Curt. *lib.* 19.

Antonius, Iacobus, Auguſtinus, Ioann. Baptiſta, & Thomęus noſter fuere fratres, hic patriæ, & Senatui fideliſſimus, cuius Conſilio egregium facinus præſertim Hieronymus iniuit, vt annuit quodammodo Curte. Eloquentiſſimus, & legalis ſcientiæ profundus ſuo ſæculo fuit, & ex Pompeiana familia nō immeritò ortus.

Patrios Magiſtratus non ſemel honorificè, & prudenter omnium gloriæ nutù pergeſſit: ea propter cum virtutem fidem, & rerum etiam militarium peritiam, in ipſum Andreas de Burgho ſupradictus dignouiſſet, vſque ad Cæſarei Præſidis aduentum

eum

cum veteris arcis cuſtodem delegit: quò officio, vt animi Burghi extiterat functus eſt, vt aſſerunt *M. S. A. fol. 55.*

Ex horum Nepotibus vixere Antonius Cataphractorum pariter Præfectus, Iunius, & Thomæus: qui armis patriam, & genus illuſtrarunt, quemadmodum elapſis annis, Lęlius qui ſi fortaſſis paulisper vitam degiſſet proculdubio ſupremum Cæſaris Ducem vidiſſemus. Cuius Fratręs viuunt Iunius Cataphractorum ductum Hieronymo filio renunciatus, Marcus peditum centurio, & huius Thomæi Equinonimus: qui poſt fermè omnes Militiæ gradus, apud Cæſarem ſupploſos, modo Sereniſſimę Reipublicę Bombardarum Generalis ſupremus reperitur, Boemamq; ſpectatiſſimam procerem in Vxorem habet.

Viuit, & Ioann. Paulus Alexandri, Strenui Belligeri filius, & Alberti præcipuarum Senatus ditionis Ciuitatum, Gubernatoris Frater, qui ſupremis Militię ſpretis honoribus, quibus præcipuè in bello Mantuano cohoneſtatus eſt, ad ciuiles conuerſus Præturę Vrbanæ Duumuiratus, Legationumque dignitates ſedulò Scitè geſſit, & gerit, cuius filius Alexander pręter alios ſupereſt maximę virtutis ſpè adoleſcens; & legalibus deditus ſtudijs.

Fuit Co. Albertus præfatus Vir literatiſſimus, neqùè tempus vaniis mundi oblectamentis conterebat, ſed mirum in modum ſtudijs innitebatur: eâ propter hæc ingenij ſui monimenta publici iuris facta reliquit.

Vita di Franceſco Marcheſe di Mantoa Capitano Generale della Lega di Cambrai.

Il duello, ridotte le querelle ad accommodamento Caualereſcho, & Chriſtiano.

L'Archiſofia contro in parte l'opinione d'Ariſtotele, Parte prima. Secunda verò latino ſermone nondum eſt impreſſa.

Scripſit etiam volumen Hetruſcis Rythmis perelegans, & alia.

Hęc gens vſque adhuc ampliſſimis priuilegijs Illaſiorum, aliorumquè Pagorum, Comitatum poſſidet, eamquè Panuinius armis per hęreditatem veluti, Illuſtrem nuncupat *lib. 6.* hoc ſpecioſiſſimo titulo.

GENS POMPEIA VERONENSIS.

Arguunt, & huius gentis priſcum decus, elegantia, & ſublimia Sarcophagha, in Æde Carmelitarum: cataphractarum, Vexillorumquè decorata Tropheis.

LEONELLVS TRAMARINVS.



SI Veronenſium antiquitatum Scriptores legamus, Maccacarorum progeniem Illuſtrem, & Patriciam dubio procul comperiemus; ex qua Tramarinum ſtrenuum haſtiludij concertatorem ab anno 942. Tramarinorum ab eius nomine familiam propagaſſe dicitur.

Quidquid tamen ſit, circa huius gentis originem, Nobilis tamen, & priſca in antiquis ſcripturis reperitur, quæ præ cæteris Leonellum dedit ſupremum ſui temporis Iureconſultum: qui non ſolùm 1504. ad Cardinalem Cornelium cum præcipuis patricijs legatus eſt; & 1509. Ciuitatis Proprætor ab Andrea de Burgo eſt declaratus, *M. S. A. fol. 56.* cum præfato Pompeio, & Ludouico Turriano Iureconſultis; Verùm alijs publicis muneribus functus: ea propter ſuper Mercatorum Curia eius ſtemma videmus, hiſce literis circumſcriptum.

LEO. TRA.

Maximo etiam, & incomparabili amore Patriam eſt proſecutus, anno præſertim 1529. quò cum ob Germanorum in Italiam deſcenſum Venetias obſides tranſmittere fas eſſet, idque exequi omnes ſtatim recuſarent, Leonellus tantùm amore erga Patriam pronus, vltrò Venetias acceſſit, cuius exemplo cæteri, qui à

Ciui-

Ciuitate fuerant addicti , rubore concitati idem agere minimè reſpuere : qua de re quantum ei Patria debeat , ex ſe quiſquis colligere valet .

Anno autem ſequenti dum Aloyſius Foſcaro Veronæ Prętor inſtante Alexandro Nogarola Marci Antonij Nogarolæ Cæſi cauſam à Curia dijudicari recuſauerit,cum Oliuerio de Caballis, & Ioan. Baptiſta Caliario Vrbis Duumuiris legatus eſt . *M. S. A. fol.* 118.

Poſtremum anno 1534. eum Cætus noſter adſciuit, vt ſtatuta ad nuperam metam redigeret : quæ adhùc vſque minimè legimus commutata .

Huius Nepotum linea reſtincta eſt, & bona ad Nob. Familiam Rambaldam , hæreditario nomine, ſunt deuoluta.

SILVESTER RAMBALDVS.



SCaligerum temporibus duas præcipuas Rambaldorum Familias opibus, & dignitatibus floruiſſe legimus: alteram Vincentinam, alteram Veronenſem.

De Vincentina Paiarinus memoriam facit.

De Veronenſi verò nullibi reperitur origo ex Longobardis tamen originem traxiſſe comprobat, iteratum Rambaldi nomen in cognomen exin conuerſum, quò ſæpius Longobardi vtebantur.

Multi arbitrati ſunt hanc cum Comitibus de Collalto vnam eſſe, cum Sanſouinus, dum de eis loquitur, hæc cuiuſdam Inſtrumenti inſerat verba.

Nos Rambaldus Comes, filius Rambaldi Comitis, & Magtilda filia Burgundi Marchionis Coniugales, qui profeſſus &c. Ego quidem Rambaldus Comes ex natione mea lege viuens Longobardorum, & ego Magtilda ex natione mea lege viuere videor Salica &c.

Quidquid tamen ſit circa originis exitantiam antiquiſſima tamen eſt, & eo magis cum eius certa ignoretur origo: & prepotens reperiebatur etiam Ezzelini temporibus: inter cuius Conſiliarios anni 1279. Rambaldus de Rambaldis memoratur: imò huius æquinonimus fuerat antea Vincentiæ Prætor, anno ſcilicet 1221. eodem Paiarino, atque Seta Epiſcopo teſtibus, & Morandus adeò nobilitate, & opibus emicuit, vt Beatricem Scaligeram in vxorem meruerit: anno 1361.

Hac propagatus ſtirpe Silueſter, gloriæ cupidus bonis ſuſceptis literis Patauium, vt Iuriſprudentiam acquireret ſe contulit. Et cum opulentiſſimus eſſet Iuriſtarum Rector à Senatu delectus eſt: quod munus tunc temporis præcipuum reperiebatur, iure in Diſcipulos animaduertendi. Cuius rei memoria Argentea erat Iuriſtarum claua Rambaldorum inſignita clypeo, ante quam Horatius Godus Patritius, & Comes Vincentinus Sindicus, & Academiæ Prorector eam refici adinderet.

Studijs completis, & laurea acquiſita Veronam conceſſit: quo inter Collegiatos eſt adſcriptus anno circum 1485. cuius & ad Venetos ſtatim præcurrente virtute Florentiam legatus eſt: vt maximi ponderis negotia pertractaret: ob quam egregiè nauatam prouinciam præter auream catenam, ei dono traditam; multa munera reportauit: quæ cuncta cũ redijſſet Principi exhibuit, aſſerens, cum eius habuiſſet gratia ſua eſſe, at Princeps, & Senatus, & meritorum remunerator, & gratiarum largitor ei maiora contribuit: quocirca cum Patriam redijſſet, proprias ædes ſibi in regione DD. Firmi, & Ruſtici fabrefecit: quibus hoc dicterium poſuit, quod adhuc legimus pro roſtris exciſum.

Dei Dono Principis Munere.

Patrios Magiſtratus etiam pertractauit: & cum Præturam Vrbanam geſſiſſet, hoc monumentum reliquit.

Silueſter Rambaldus eram iam Prætor anhelans,
Cum ſocijs lites ſoluere lance pari.

Orator etiam Venetias patrio iuſſu miſſus eſt: & quid in patriæ fauorem pertractauerit, ex ſtatutis depromitur.

Nepotes habuit præclariſſimos, nec minoris gloriæ condignos, Auguſtinum Equ. Sancti Pauli, & Hieronymum Vrb. Prætura functum, fratres, & Gherardum noſtros Iureconſultos, & Gherardum alterum, Vrbis nuncupatæ Ciuitatis Epiſcopum, & pro Marcello Cardinali Ceruino poſtea Sum. Pontif. Archiepiſcopatus Rauenæ ſuffraganeum: cuius merita virtutes, & honores memorat Chiochus.

Nec defuere alij Duumuiratu, & Vrbana Prætura potiti: quorum ſuperſtes, eſt Ioan. Franciſcus Eques, & Philoſophus, qui

preter

præter varios virtutis editos partus, ille mirandus eſt de ſenſibus, adeò eleganter poetice deſcriptus, vt non immeritò Ariſtotelis animam Virgilij corpore indutam dixeris.

Vrbano Sanctiſſimo Papæ VIII. eum nuncupauit, quem vti talium ſcientiarum peritiſſimus, tanti fecit, vt ex Caſſandra Vxore Nobiliſſimæ Gentis Buriç ab Alphonſo I. C. noſtro Equitibus etiam Hieroſolymitanis, aliiſque Heroibus ellatæ, Philippum genitum, quem Romam opus donaturum miſerat Palatinum Comitem adſciuerit. Qui dum, vt Patriam eſſet repetiturus, equi dorſo per Vrbem geſtaretur à veloci carpento in ipſum decurente peremptus eſt. In cuius amiſſi geniti ſolacium honorem eundem in Gratiadeum Maiorem natum, & poſteros contulit. Quo tamen parum gaudere à ſummo decreto permiſſus fuit: cum relictis filijs duobus maſculo, & fœmina, ex Laura à Puteo Benedicti I. C. filia, & mei conſobrina deceſſiſſet.

IOAN. LVDOVICVS FAELLA C O. ET EQ.



EX Ioan. Nicola Faella exarato noſtro Iureconſulto, & ex Adamante de Panzatichis de Piſtorio, ſiue de Ariuabenis de Feraria vxoribus quarũ hęc anno 1464. eius Ciuitatis Principi ſeruitute detinebatur; Io. Ludouicum ſuſcepit virtute, & dignitatibus genitori haud abſimilem.

Hic Marcum Cardinalem ſub Tentorio recepturum 1504. miſſus eſt, & 1509. cum Com. Bonifacio de Sancto Bonifacio ad Veneti exercitus prouiſores imminentibus belli ruinis Legatus; quemadmodum poſtea ad Andream de Burgho, Cæſaris nomine Ciuitate quæſita, & ad Maximilianum ipſum, vt vitam, & conciuium bona ei offerret, & poſtmodum cum alijs compatricijs, vt *M. S. A. fol. 55.* ad Neapolis Regis Viceſgerentem intromittendum, anno 1512. vt memorat Curte *lib. 13.*

Fuit etiã Cæſari chariſſimus, quem & Illaſiorum bonis donauit, iuxta *M. S. A. fol. 55.* & in Conſiliarium creauit, ea ptopter dum Epiſcopus Grucenſis Veronam miſſurus eſſet, ita ad Faellam ſcripſiſſe legitur in *M. S. B.*

Maximilianus, Diuina fauente Clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Honorabilis fidelis dilecte cum in præſentiarum ſtatuerimus deſtinare Mantuam, & inde ad Beatitudinem Pontificis, pro rebus arduis concernentibus ſalutem Italiæ, & commodum totius Reipublicæ Chriſtianæ Vener. Matthæum Epiſcopum Grucenſem noſtrum, & Sacri Romani Im-

perij

perij Principem, & Conſiliarium deuotum nobis dilectum, & cum fidem prudentiam dexteritatem Ingenij, & maximam rerum experientiam benè experti, inde ſimus indigemuſque officijs tuis in hac profectione ipſius Grucenſis hortamur te, vt poſt habitis omnibus alijs rebus, quandoquidem iam multa de maximis agatur, velis te parare ad profectionem, cum eodem Grucenſi, cum omni prudentia, & fidelitate adſiſtere, opere, fauore, et conſilio: ſicuti liberè in te confidimus, et eris paratus Veronæ ad illam diem, quam tibi ſignificabit per literas ſuas idem Grucenſis: Reliqua autem omnia intelliges ab eodem Grucenſi, qui ſecum de ſemet inſtructionem, & ad eundem diem aderit, quam tibi ſignificabit, & ibi bene Communitatis omnibus rebus, in nomine Dei proficiſcamini vlterius omnia exempturi, iuxta intentionem noſtram.

Dat. in Oppido Noſtro Triburgi die 16. *Menſis Ianuarij anno Domini* 1511. *Regni Noſtri Rom.* 25. *A tergo.*

Honorabili Ludouico Faellæ Veronenſi Conſiliario, Fideli noſtro dilecto.

Quantæ itaque apud tantum Principem exiſtimationis habuerit, ex huius lectura argumentari quiſque poteſt. Comitatus etiam fuit anno 1514. publico iuſſu cum alijs Nobilibus cadauer Cardinalis Georgij Epiſcopi Tridentini, & Veronæ Locumtenentis pro Imperatore, vt Curt. *lib.* 18.

A cæteris quoque Italiæ Regulis tamquam Oraculum veneratus fuit: propterea anno 1499. 14. Auguſti ad Lucę Præturam eſt adclamatus, quam omnium applauſu, & laude pergeſſit. A Iuliano, etiam Cardinali, Tituli Sancti Petri ad Vincula Epiſcopo Oſtienſi maiori Pœnitentiario Summi Pontificis, & Auenionenſi Legato, familiaris, domeſticus, & continuus Commenſalis eligitur, vt ex Diplomate apparet: Romæ 17. Iunij 1485. quò etiã Principes rogat, vt cum cum ſuis famulis liberè per quorumcunq; ditionem tranſire non reſpuant, quod, & ei conceſſit Auguſtinus Barbadico Dux, dum Lucæ Præturam eſſet additurus Duc. 14. Auguſti 1499.

Poſteros hàbuit conſpicuos, & Ciuilibus honoribus apprimè cumulatos: inter quos Ioannes ſuperſtes foret meritò computandus, qui doctoralibus Patauij ſumptis inſignibus maximam futuræ gloriæ ſpem inſerebat; verùm ſupra mortalem gloriam quæſitauit; dum Diuino tactus impulſu ad Religionem Capucinorum Sancti Franciſci confugit: qua, exemplo, concionibus, vitæ auſteritate, ac Sanctimonia familiam, & Confratres illuſtrat.

De Io. Ludouico pręter alios memoriã facit Torel. Saraina. LL. D.

NICO-

NICOLAVS DE CABALLIS EQ.



MArinus de Caballis Eques, & Venetiarum Senator Ampliſſimus, quum pro Patria Republica ad Vindeliciæ Principes fuerit Legatus; nonnulla proprio charactere memoria minimè indigna ad pronepotes tranſmiſit, quibus eius proſapiam Schiardingh eius Ducatus oppidum adhuc vſquè Titulo perhonorifico poſſidere comprobat, ex eaquè eiuſdem Familiæ Veronæ proceres Duce Ioanne originem duxiſſe ſiuè potiùs Friderico, cui fœmina de Trauerſanijs Nupſit: Sancti Bonifacij Comitiſſa, ex quà Nicolaum, & Fridericum Scalidarum ſupremum Ducem 1323. & 1336. & Franciſcum omiſſis fœminis procreauit: quamquam Fridericum Nicolai filium putauerit Curte.

Fridericus anno 1333. Vincentina Prætura pro Maſtino functus præter alios Iacobum genuit: eorundem Principum, aliorumque Italiæ ſupremum Ducem, & Sereniſſimę potiſſimum Reipublicæ, cui Taruiſium, Vtinum, Venetias ab inimicorum aggreſſionibus cordatè defenſauit, Forum oppidum, Foſſamclodiam, item audenter redemit, Vincentiamque, & alias Ciuitates, & oppidos deuicit.

Fuit Diui Iacobi Eques, vt ex literis proprię Macherę celatis habemus: & tandem ob merita erga Senatum Venetum Nobilis, & Patricius creatus: quod, quamquam omnibus pateat, decoroſæ attamen partis verba fas refere putaui.

Capta 1381. die primo Septembris.

CVm Deo, & Mundo valde gratum ſit, & acceptabile, recompenſare condignis meritis laudabilia, & efficacia opera notabilium perſonarum oſtenſa per effectum in magnis, et arduis negocijs noſtri Dominij, & ſicut notorium eſt; Eg. Miles D. Iacobus Caballus Ciuis noſter Excellens Capitaneus Gentium noſtrarum in litore exercuit virtutem, & perſonam ſuam, & ſuorum in guerra proximè elapſa, cum magna prudentia, ſtrenuitate, ſtudio, & ſolicitudine, & fidelitate: adeò quod meliùs, nec feruentius fieri potuiſſet per aliquem alium: & ſimiliter cum Galleis apud Clodiam, & ſubſequenter cum armata quæ fuit ad partes Sclauoniæ, & Apuliæ, & pro certo portamentum ſuum fuit, non ſolum vtile, & fructuoſum, ſed neceſſarium factis noſtris, & ſic eſt diſpoſitus facere in omnibus noſtris, & pro honore noſtro faciat, & pro omni bono exemplo aliorum oſtendere gratiam, & beneuolentiam monſtrare erga tam notabilem perſonam, & ſic bene diſpoſitam.

Vadit Pars, quod in bona gratia ipſe Dominus Jacobus Caballus ſit cum ſuis Hæredibus de noſtro Maiori Conſilio, ſicut cum magna reuerentia ſupplicauit, quod ſibi reportauit ad maximum honorem.

Et capta eſt per quinque Conſiliarios per Capita, & per quinquaginta, & in Maiori Conſilio.

Paulus Rizzeius Duc. Not.

Deceſſit Vir ſtrenuiſſimus Vtino; eiuſque cadauer Venetias tranſlatum, Dux, & Senatores honorificis pompis obuiam occurrerunt, & ad Baſilicam Sanctorum Ioann. & Pauli, vbi ſepultus eſt, commetarunt.

De hoc Onuphrius, præter fermè omnes Hiſtoriarum Scriptores, ita memoriam facit. Quamquam Georgij vice Iacobus legendus ſit.

IACO-

IACOBVS CABALLVS

Bello Cretico, cum Luchino Verme, Iacobus Caballus Veronenſis Eques, Præſtantiſſimus militariumquè ordinum ductor Nauate, tùm in Creta, tùm alibi fortiter operæ id retulit decus, vt cum Luchino in ampliſſimum ordinem cooptatus ſit. Huius etiam auſpicijs Feltrium, & Bellunum, Pola, & Hiſtria Venetis rebelles in deditionem receptæ ſunt. Obijt Venetijs ſepultus, in Baſilica Sanctorum Ioannis, et Pauli. Huius poſteri adhuc Venetijs maxima in dignatione ſuperſunt; quorum præcipuum nunc decus eſt, Marinus Caballus Senator integerrimus, atque hoc ipſo anno Prætor Conſtantinopolim miſſus.

Ex Conſtantia Scaligera Vxore, Conradum reliquit, & Nicolaum Equitem, pro Sereniſſimo Dominio perpetuum Caſtri Suapis Præfectum.

Ex Conrado, & ex Panticilia Alberti de Camino, & Proceris de Tornielis Nouarienſis genita, omnes huius Venetiarum Stirpis, procedunt Heroes, qui prudentia, Conſilio, opibus patriam ſuffulciunt. Efluxit, & filia Ioanni Franciſco à Puteo Gentili meo nupta eximio Iuriſconſultó, iam Marinæ Vallis pro Sereniſſima Republica Prætori, & ſub regimine Aloyſij Contareni Veronæ Vicesgerenti.

Ex Nicolao verò, Vincentiæ, Anguigerum Vice Gubernatore & 1370. Prætore, vt ex annal. Canonic., & ex Interliſia de Liſca, Ioannis Equitis filia, & Paula Comiſchia Segodunenſi in ſecundo Matrimonio, non tantùm Caballi, Mantuæ Nobiliſſimi efluxere, verùm qui Veronæ vetera Domicilia incoluere; Omnibus immunitatibus, tùm præſentium, cum futurorum bonorum à Mediolanenſibus, Veronenſibus, & Venetis Principibus donati.

Hic relictis alijs Georgium Giorium, vocatum ſtrenuiſſimum virum genitum habuit, quem Vincislaus Romanorum Rex Beluesini, & Sancti Vrſi in Agro Vincentino, omnimodo Imperio Comitem, & Imperij Baronem creauit, Galeatio Mediolani Duce habito Vincentiæ Dominio comprobante, fuit enim Cæſareus Comiſſarius, dum Imperator idem, Ioann. Galeatium per-

petuum Vicarium adſciuerit anno 1335. Mediolani, Brixiæ, Bergomi, Nouocomi, Nouariæ, Verzelarum, Alexandriæ, Tortonę, Bobij, Placentiæ, Regij, Parmæ, Cremonæ, Laudis Pompeiæ, Tridenti, Cremæ, Burgi S. Donini, Pontremolis, Maſſenouæ, Feliciani, Aratij, Aſtæ, Veronæ, Vincentiæ, Feltri, Belluni, & Sarzanę, vt ex *M. S. A. fol. 26.*

Genuit, & Nicolaus, Franciſcum: qui Amabiliam Cremonenſem duxit ex Comitibus de Perſico, ex quâ gente fuit Gulielmus, Veronæ Prætor, anno 1232. qui, & Ciuilitate donatus fuit.

Ex tanta Nobili copia, Nicolaus noſter efluxit Nobilitate, virtute, & dignitatibus florentiſſimus: Quemadmodum opibus, & procerum affinitate, præter enim gentis antiquas trino conubio adſociatus eſt. Nob. ſcilicet de Preſana, Heliſabeth Biuilaquæ de Laziſio, & Liberę ex Comitibus de Arco.

Inter Collegiatos anno 1490. fuit adſcriptus, quò magni nominis fuit Iureconſultus, & Philoſophicis literis etiam imbutus, Conſilioquè ſermone, & operibus præſtans.

Patrios Magiſtratus legationes honorificè geſſit, in quem Ciuitas eos crebro transferebat non tantùm virtute opitulante, verùm erga ipſam amore, ob quem anno 1511. iuxta Epiſcopi poſtem cum Oliuerio Gentili à Venetis captiuatus eſt, poſtea liberatus cum Leonardo Liſca, ad Lotrech, & Venetos Prouiſores publico iuſſu ad congratulandum legatur anno 1517.

Anno verò 1529. Venetias obſes, cum Leonello de Tramarinis vltro acceſſit, aliaquè in patriæ vtilitatis, & decus peregit, quæ eius famam apud omnes inclytam reddunt, quà à Republica dignota Eques creari meruit.

Ædes pręſtantiſſimus Vir erexit, in Diui Petri in Carnario regione, quo Fr. Polla Iuriſconſultus, hæc Octauij Nepotis iuſſu ſcripſit.

M. S.

M. S.

Haſce. Ædes.

Quæ.

Nicolaus. Caballus. Iureconſ. Clariſs.

Ne. de. nomine. ſuo. exirent.

Neue. quacumque. cauſa. cui. abalienarentur.

Voluerat.

Hæredes. nefas. abalienarunt.

Octauius Caballus Fr. F.

Magno. Sumptu.

Recuperaui. Inſtauraui.

Sed. neque. venient. neque. donabuntur.

Neque. vllo. modo. alienabuntur.

Neque. de. nomine. exibunt. familia. mea.

Sic. & ipſus. edico.

Kal. Octob. M D. C I.

Hæc gens Venetijs non ſolum, ſed Veronę quoque glorioſa reſulget à Iacobo, & Hieronymo eiuſdem noſtri Collegij viris præſertim opibus, & honoribus apprimè illuſtrata.

ALOYSIVS DE ALBERTIS.



ALberta propago Hetruriæ præclariſſima, quę præter Equites, Comites, Barones, Doctores, Abbates, Epiſcopos, Albertum quoq; genuit Eminentiſſimum Sacræ Eccleſiæ Cardinem creatum anno 1431. Patria ab aduerſa factione partim expulſa, cum Dante Aligero, alijſquè ſupra memoratis Veronam migrauit; quò honoribus ſtatim ſummis excepta eſt: cuius præſertim Bertolotus Cani Franciſco Scaligero chariſſimus adeò fuit, vt ea quæ hiſce ſcribuntur à Curte promeruerit lib. 10.

Frà quelli delli Alberti era quel Bertolotto, che fù poi tanto caro al Sig. Can Franceſco, dal quale meritò per le ſue rare qualità, e fedel ſeruitù oltre li altri ricchi doni, che hebbe da lui d'eſſer fatto ſuo Teſoriero Maggiore. Apprimè cognationibus etiam claruit: Comitum ſcilicet de Biuilaquis nedum, Turrianis, Seraticis, ac aliorum; at Principum Scalanorum, matrimonio Beatricis Alboini filiæ, & Maſtini Veronenſium Principum ſororis, cum Alberto huius gentis præſtantiſſimo Viro, ex quo non tantùm generoſi Equites, & cordati efluxere præfecti, verùm Iureconſulti permulti quorum quis Princeps ſit, non ità facilè comperies, cum quiſquis literis emineat clarioribus, verùm cum Aloyſius eius virtutis monimenta reliquerit, cæteros ſub ipſiuſmet nomine locabo.

Primus

Primus gentis Collegio donatus, & fortaſſis primi filius, qui Veronam domicilium delegit, fuit Nicolaus, anno etenim 1348. à Curtio memoratur lib. 12. & 1305. Gentem cum Dante veniſſe notum eſt: vt idem aſſerit lib. 10. Alter eſt Pantaleo, qui annis circum 1400. maximo famæ nomine florebat: quemadmodum Albertus, qui anno 1472. Orator Venetias miſſus eſt, *M.S.A. fol.*42.vt Nicolao Trono,& ſequenti Nicolao Marcello 1483. Ducibus creatis congratularetur. Sui ſæculi quoque clariſſimus fuit Simeon; qui ad aliorum inſtar patriæ cuncta geſſit munera, & cum Vrbana fungeretur Prætura, ſuper Mercatorum Ædibus Domitij Calderini Rethoris Excellentiſſimi immaginem ſub eius ſtemmate, quam adhuc vſque videmus delineari adiudit; cuius Domitij virtutem Franciſci Iureconſulti noſtri filius: itemque numeri noſtri æquinonimus adequauit: & ſi ſuperuixiſſet,forſitan anteiuiſſet,eius enim teſtantur opera ædita cum Tyro adhuc reperitur: & potiſſimùm oratio habita in funere Franciſci Polæ, clari nominis extra Collegium Iureconſulti eius Præceptoris.

Simeoni ordine ſuccedit Aloyſius, qui literarum nobilitatem natalium comparauit ſplendori. Collegio donatur anno 1390. 14. Iulij, poſt quod temporis præcipua Vrbis munera in eum ſunt collata, prætereaquè Venetias legatus eſt, anno 1523. ad Andream Gritti nuperum Ducem delectum, vt *M.S.A. fol.* 92. & 1528. cum Ludouico Aligero arduis de cauſis; quarum optatam gratiam reportauit: legatus antea quoque fuerat cum alijs præcipuis Patricijs, vt Marcum Cornelium Cardinalem Ampliſſimum intromitteret, *Curt.lib.* 16. Scripſit Vir eruditiſſimus Conſilia multa, quæ quamquam cedro digna fuerint, hæredum tamen incuria diſperſa ſunt: verùm edacitatis iniuria ea,quæ typis eius nomine in ſingularia Iuris excuſſa legimus labefacere non valuit.

Gentiles habuit item numeri noſtri poſt ſe Theodorum fratrem eodem anno Collegiatis adſcriptum, & anno 1515. Leonem Baptiſtam, qui ſicuti equinonimi, & Gentilis Florentini ab Iouio Elogio cohoneſtati nomen, ita virtutem tulit, qua ad cunctos Patriæ honores aditum ſibi parauit, ſicuti Angelus Maria, anno 1529. Collegio adſociatus.

Nepotes etiam reliquit Præfectos Cordatos,& Equites præſtantiſſimos, qui gentile nomen adauxere per æuum.

Indicant etiam huius Gentis decus monumenta, tùm

in

in Diuę Anaſtaſiæ Periſtylo, cum in Maiori Montis Aurei Fano, quo Aram Annibal erexit.

In Diuæ Anaſtaſiæ.

Octauio Alberto
Caroli F.
Genere, & morum
Suauitate nobiliſs.
Albertus; & Iulius Caſar
Fratres
Supremum amoris
Monumentum
Mæſtiſs. P. P.
Obijt X. Kal. Sextil.
M. D C. V I.

In Maiori Montis Aurei.

Hic iacet Nob. D. Annibal filius
Præſtantiſs. Equitis D. Alberti de Albertis,
Et expectat reſurrectionem Mortuorum
Anno Salutis M. D. X C I I X.

Floreſcere, & annis antea trecentis digniſſimi Cathedralis Canonici, quorum ingentia geſta Canonicorum eorundem commemorant Annalia.

Superſtes inter cæteros eſt . . . . . in Pindemontanis expeditionibus ſtrenuus Cataphractorum Præfectus.

PE-

PETRVS FRANC. MONTENARIVS.



INſtrumentum penes me habeo talem orſum continens.

In Chriſti nomine, Amen. Die Lunæ 21. Februarij 1379. Veronæ in Curtiuo Palatij Communis in Factoria Magnificorum DD. della Scala infraſcriptorum præſentibus &c.

Ibi Prouidus, diſcretus Vir D. Montenarius de Campſoribus, natus q. D. Ioannis de S. Sebaſtiano Veronæ, Factor Generalis Magnificorum, & Potentum Dominorum D. Bartholomæi, & Antonij fratrum della Scala Ciuitatum Veronæ, & Vincentiæ &c. Imperialium Vicariorum Generalium, & tanquam eorum Procurator, & procuratorio nomine pro eis ad vendendum, ſeu venditiones faciendum de poſſeſſionibus, & bonis ipſorum DD. ſpecialiter conſtitutus, prout de dicta Procura conſtat, publico Inſtrum. ſcripto ſub ſigno, & nomine Marci D. Nigri Not. de Rauis de Inſulo &c.

Ex hoc Campſorum Familia de Montenario vocari cæpit, vt, nedum teſtantur Inſtrum. publica. Verùm Baptiſta Paiarinus in ſuis Chronicis, dum de familia Mõtenaria Vincẽtina loquitur, ſic ſcribit.

Montenarij, ſiue Campſores, alio nomine dicti, ex Verona ope illorum della Scala venerunt. Sepulcrum quidem eorum eſt in Eccleſia Sancti Nicolai. Fuit autem in eadem Familia quidam nomine Montenarius q. Nicolai, à quo Montenario poſtea de Montenarijs dicti ſunt &c.

An autem ex Montenario q. D. Ioannis, vel q. D. Nicolai Montenarij cognomentum ſumpſerint adinuenire non valui.

Nobiliſſimam progenuit Familiam Montenarius quam opibus, & affinitatibus claram reliquit, & multis noſtris Doctoribus, Mi-

litum Pręfectis, Comitibus, Equitibus, etiam Hieroſolymitanis il-luſtratam: quæ præter Antonium Collegiatum noſtrum percele-brem, & ſui ſæculi præcipuum, vt enim in Epiſcopum Grucen-ſem Cęſareum Legatum orationem haberet Volargnem miſſus eſt: *Curt. lib.* 17. Petrum Franciſcum noſtrum tulit, qui maiorum ſe-ctata virtute legalis diſciplinę dogmata adeò apprehendit, vt nulla ferè cauſa difficillimę, arduęue cognitionis, quin eius ſententię commiſſa fuerit: Hinc eſt, quod dum inter Veronenſes pro Agri terminis lis orta eſſet; Petrus Franciſcus cum Gabriele de Pere-grinis legatus eſt, vt Burgetum accederet, quò Petrus Pectorel-lus Parmenſis, Tridenti Prętor, & alij Cęſarei, Tridentini Cardi-nalis Commiſſarij pręſtò aderant: anno 1539. vt ex *M.S.A fol.* 138.

Fuit & eodem anno vt Petro Lando Duci cōgratularetur Vene-tias à patria miſſus: quemadmodum à Collegio noſtro anno 1534. cōtra Auguſtinum Dulcetum: qui Ducalibus literis ſubreptitiè im-ploratis Collegij ſubſellia ſcādere pertentabat, quarum reuocatio-nē ſtatim obtinuit: quemadmodum ex act. Collegij. Anno 1533. Ve-netias legatus fuerat, vt D. Marię Mater Dei nunc Magdalenę Mo-niales è Fratrū D. Franciſci tutela eximerentur, vt aſſerit *Curt lib* 19.

Fuit & à Conſilio ad pręcipuos honores ſedulò acclamatus: quemadmodum ab integerrimis Senatoribus ad pręcipua Venetę ditionis Tribunalia: quibus officijs Vlpiano, Labeonique ſe haud abſimilem propalauit.

Pronepotem habuit Iulium Collegiatum ſimiliter noſtrum: cu-ius hęc legitur memoria ſuper Mercatorum Palatio.

IVLIO MONTENARIO I.C. PRÆTORE ANNO M.D.L.

Quemadmodum & Leonardum, cuius ibidem id habetur.

Fungente Pratura Domus Mercatorum Leonardo Montenario Vtriuſque Iur. Conſ.
M. D. LXXVI.

Pręcedentibus annis eiuſdem Collegij Alumnus Paulus deceſſit: cuius, & pręfactorum gentiles Prędellarum ditionem in agro Vero-nenſi Comitatus titulo honorificis diplomatibus poſſident: inter quos vixit Vincentius in preſenti prelio contra Turcas Pręfectus, qui dum enixè Principis nomen tueri conaretur peremptus eſt, cu-ius inter fratres ſupereſt Theodorus Com. qui à Sereniſs. Dominio ſtipem honorificam promeruit, & ſuis temporibus pręcipuis ditio-nis Fortilicijs Militum Gubernator preeſt.

HIE-

HIERONYMVS DE VERITATE.



IOannes Paulus Saibantus Nobil. Veronę Familię Principum ſeruitute claruit, & Ferdinandi pręſertim Archiducis Auſtriaci: qui cum Veronenſium Procerum effigiebus, & Elogijs Muſęum exornare decreuiſſet, id Epiſtolis perhonorificis Saibantum curare pręcepit.

Inter hos Principis mandato acceſſit Marcus de Veritate Comes, cuius Elogium quamuis Auctoris nomine careat, attamen vel à Franciſco Polla, ſiuè à Policarpo Pallermio Iureconſultis, aut à Friderico Ceruto, quibus à Ioan. Paulo cura data fuit, compaginata ſunt.

Incertus iſtorum Auctor, ſic de Veritatum Familia ſcribit.

Aut non attingenda, aut inter primas Italicæ Nobilitatis Sedes Gentis Veritatum claritas quem virili iſthac, & robuſta Marci Comitis effigie concluditur collocanda eſt. Nam quamuis non admodum compertum ſit, an Illuſtris hæc Veritatum Poetarumquè Familia Italiæ, vel Germaniæ, (quod plures non ſine cauſa exiſtimant) priſcam ſuam debeat originem inconfeſſo tamen eſt, apud omnes antiquitatis perſcrutatores, eam annis ab hinc quingentis perpetua, eaquè clariſſima perfrui nobilitate: adeout non ſolùm Veronæ radices agens, ſed & Mutinam, Bononiamquè comprehendens Familiam Caloriam, & Buchiam quæ etiamnum Viris Illuſtribus excellunt, propagata ſit.

Ego verò hanc cum Poeta Bononienſi vnam non ſupputarem

cum

cum Poetarum agnomen quidem Petrus Antonius Poeta Ligur proprio adiecerit. Ex Bononia tamen Nobilis gentis de Principibus Duce Guincinello Veronam conceſſiſſe, compertum eſt. Veteri ſiquidem Marmorea Arca intra poſtem Sanctę Anaſtaſię Conuentus, qua Veritatum clypeus eſt cælatus hæc Longobardicę literę ſunt inciſę.

Sepultura D. Guincinelli de Principibus De Bononia, & ſuorum hæredum M. CC. XXCIII.

Hæc verò ibidem ſuper quadam Tabella Marmorea.

Requies Nobilium de Veritate, Stirpe Bononienſium ex ſucceſſione D. Guincinelli de Principibus Felſinæ.

Ob Guincinelli excellentiam gens de Principibus Guincinella vocari inceptauit: ex antiquiſſimis enim manuſcriptis Ioannem de Guincinello de Bononia lego, qui cum alijs Nobilibus à Cane Magno in gaudium Patauij, recenter deuicti, & Maſtini cum Thadea Carrarienſi Nuptiarum, anno 1328. Eques declaratus eſt: quamquam Guincinelli Vice Sumitellum contra cęteros legat Curtius *lib.* 11.

Hæc Nobiliſſima Stirps rerum intercedente varietate vocata eſt de Veritate. Maiorum claritate, à qua indefeſſe ſeruata omni ęuo Heroes tullit pręclaros: quorũ inter primos ſpectatur Veritas annos circiter 1440. pro Veronenſi Republica armis, & literis prępotens patricius, cui alter Veritas ſubſequitur Eques, & Militum Dux: cuius fortitudini Veronam Venetę ditioni ſubditam fuiſſe, non ſingulis diplomatibus, apud hęredes eiuſdem Reipublicę exiſtentibus profitetur: cuius virtutem ęmulati ſunt duo Iacobi ille ſub Franciſco Gonzaga, hic ſub Franciſco Maria Feltrio, Vrbini Principe, ſtrenui, belligeri.

Alij admodum militari diſciplina etiam nuperrimè claruere: at cum innumeri ſint, eos prętermittam.

Literis etiam apprimè floruit, Boncambio teſte: qui res ſua tempeſtate geſtas, & Scalanorum facta accurratiſſime ſcripſit: ſicuti Petrus Antonius memoratus, qui multa Hetruſco Carmine compoſuit. Aſt ad Hieronymum noſtrum accedam, qui ab Antonij Proaui Collegiati noſtri, & omnibus municipalibus muneribus, & legationibus functi fama laceſſitus Collegium ingreſſus eſt, anno 1490. literiſquè non tantùm legalibus, verùm Philoſophicis, & pollitioribus adeò operam nauauit, vt non tantùm patria munera acceperit, verùm à Ludouico Arioſto, hiſce, dum de Verona loquitur, memorari meruerit.

Due Girolami veggio, l'vno è quello
di Veritade &c.

Verùm enim verò huius virtutem breuibus quamquam verbis, ita memoratum Elogium circumſcribit.

Aſt eum longo interuallo ſuperauit Hieronymus, Iuris non ſolùm, ſed & Philoſophiæ laurea verendus: hic enim quamplurima ingenij ſui, & doctrinæ monumenta Græcè, Latinèque, & Hetruſcè conſcripta reliquit poſteris, admiranda.

Huiuſce Viri laus, ſi nulla alia extaret, illa vna mihi ſumma, & celeberima videretur: quod cum Ioanne Baptiſta Montano, & Hieronymo Fracaſtorio (quorum Maieſtatem, qui non adamat hominis nihil habeat neceſſe eſt) familiariſſimus fuit, & æqueuus.

Hieronymi Icones hinc inde diſperſæ, & inter Illuſtrium locatæ, quemadmodum ex S. C. ſuper Aula maiorum Comicorum, huius virtutis teſtimonium exiſtunt.

Tantæ gentis, & Paulus Collegio cohoneſtatus anno 1557. præter cæteros honores, Duumuiratu functus eſt, anno 1570.

Nec Virtutis veſtigia deſerere horum gentiles memorati Marci Comitis filij, Marcus Antonius, & Gaſpar, ille ex fratre nepoti patriæ Canonicatum renunciatus, multiſquè Eccleſiaſticis honoribus, & Ciuitatum, pro Paſtore moderaminibus inſignitus, Offari tandem Epiſcopus delectus, quam dignitatem vitæ Sanctimonia exemplariter rexit, eamquè in Michaelem alterum nepotem ſuperſtitem Oliuctanum Abbatem, transferendum curare decreuerat, verùm ipſe gentili haud annuit modeſtia.

Hic Iureconſultus, humanarumquè literarum peritus; ob domeſticas agitationes tantum Collegium non petijt, verùm cum

literatiſſimus dignoſceretur, non ſemel legatus, Prætor Vrbanus, & ſæpiſſimè Duumuir delectus eſt: in quà dignitate hoc Iulij Menſe 1652. omnium mœrore deceſſit.

Habuit hic Gabrielem alterum filium, ſecundo Prætorem Vrbanum, immaturè ereptum, quem tamen non ſuggeram, quemadmodum innumeros, quorum monimenta, & ſuper Mercatorum Atrio, & in Ciuitatis regeſto ſeruata leguntur.

Arguunt huiuſce gentis decus, Marmorea Sarcophaga præcipuè id alterius Marci, in D. Euphemiæ Baſilica, phacibus, & Vrnis exornatum hiſce literis.

Marco de Veritate
Co. & Eq.
Gaſpar Filius
Fac. Cur.
Anno M. D. LXVI.

Quemadmodum ſublimia ædificia, tùm Veronæ, tùm extra, quorum Magnificum illud Lauanei videmus, vulgariter nuncupatum, il Boschetto: vbi Palatij ſtructura, Obrizi Latharia, Marmorea ſimulacra, & Colloſſa, vndarum gurgitus, fontium obludi aſſenſus, vellera, lapſus, ſpecus, antra, ſtagna, piſcinæ, flores, vmbracula, calles, inſulæ, tabulata, prata, colles, pomaria, viridaria, nemora, theatrum, aeris ſalubritatem, regioniſquè amænitatem concomitant, & ſuper maioris antri poſte hæc leguntur exciſa, quæ Franciſcus Polla I. C. compoſuit, Opuſculiſquè Nouarinianis inſeruntur.

Hoſpes ſies ſoſpes
Quid hiſce ſtupes molibus
Virtus Veritas
Suſcitauit
Hoc iucunditatum illicium
Gaude hoſpes gaude
Et felix abito.

Hæc verò ſuper Ianua Curiæ præcipua.

Genio.

Genio:
Domus. Veritatum.
D.
Amicus Inimicus
Accedito Recedito.
M. D. C. I. V.

Mattheæ Veritatum progeniei alumnæ domus mea apprimè debet, quæ cum eſſet Bonifacij à Puteo relicta, minorum filiorum res, & cauſas economicè, & prudentiſſimè tutata eſt: cuius memoriam Puteali Domi, ſuper eius, & Viri Clypeis, hoc Democriti dicterium reliquit.

IN PVTEO VERITAS.

Supereſt inter cæteros Iulius Cæſar Comes, mihi in Vrbanam Præturam ſuffectus.

Gentem quoque Cretæ illuſtrem, & Auguſtam Gaualla, quæ Annam mulierem ſpectatiſſimam Imperatoris filio nuptam, vt aſſerit Georgius Cedrenus, ac Leonem Supremum Venetæ Claſsis Præfectum, memoratum à Sabellico, Marcello, ac Iuſtiniano pertulit, ex eodem ſtipite proceſſiſſe Clypei indicat æquiformitas, & quidam credidere, cuius ſupereſt Georgius Iureconſultus, cui patriam deſerere ob præſens bellum contra Turcas neceſſum fuit; non ideò, ex hac fortunæ iacturarum caligine ſanguinis fulgor obumbratur.

IVLIVS TVRRIANVS COM.



OMiſſis cæteris opinionibus, circa tantæ gentis originem, eam à Scriptoribus magis, ac magis comprobatam referam: Iudiciumque veritatis antiquitatum peritioribus relinquam.

Dum in ſpiritualibus, & temporalibus Diuus Ambroſius Archiepiſcopus Mediolanenſibus præeſſet, iſque Arianorum claſſem eijcere, ſeù penitus euellere auerer; ſeptem prçcipuos Patricios delegit: qui totidem Vrbis oſtiã tuerentur: cumquè Oſtij, Turris nuncupati, cuidam proceri cuſtodia foret commiſſa Nobilis della Turre exindè appellatus, & ob ſeruitutem Principi prçſtitam Vallis Saſinç Comitatus titulo donatus eſt.

Tacitus vixit huius pronepos eiuſdem Vallis Comes, qui maſculina prole caruit, binas enim tantùm fœminas ſuſcepit, comitate, venuſtate, natalibus, dotibuſque omnibus animi, corporis, & fortunç claras.

His temporibus fratres gemelli, ex ſanguine Gallorum Regio Lombardiam relegati Vallem Saſinam incoluere: quorum morum ſuauitatem, adeò Tacitus magnifecit, vt ijſdem in matrimonium genitas locare, eoſque vniuerſales hæredes inſtituere decreuerit.

Hi, cum bonis, cognomentum, & Turrianorum ſtemmata ſumpſere:

ſpere: verùm, vt priſcæ originis memoriam tranſmitterent, Turrim Lilijs X. formantibus inſigniuere.

Ex eis Martinus, ob corporis amplitudinem, armorumquè valorem cognomento gigas originem ſumpſit: qui à Saracenis captus, Martirij Palmam eſt conſecutus.

Iacobum filium habuit Pagani parētem, qui cum à Mediolanenſi populo contra Nobiles ſuſſurante præfectus eſſet delectus, Turrianam familiam Mediolanum tulit: cuius poſteri eius aliarumquè tot Ciuitatum Dominio glorioſè potiti ſunt: vt omnes Italicarum rerum Scriptores diffuſè memorarunt.

Deuincente poſtremum Nobilium factione, quæ Vicecomitum genti fauebat, Turriani ſunt expulſi alijque Vtinum: alij Cenetam: alij Genuam: alij Cremonam: alij Bergomum: alij Vercellas cum profecti fuiſſent, quoſdam Veronam conceſſiſſe teſtatur Saraina, & Iouius in Marci Antonij Turriani Elogio, his verbis.

Nacque il Torre di quella Illuſtre Famiglia, che per dugent'anni prima hebbe il Dominio della Lombardia.

Verùm id magis comprobat Cælius Maffiollus in exequijs Co. Gentilis Turriani, qui Inſtrumentum memorat manu Bentij Alexandri, dum Canis Grandis Dominicum Turrianum Bartol. filium Mediolano Exulem recepit, cuius initium ita.

Nos Canis Grandis della Scala Imperiali auctoritate Veronæ, & Vincentiæ Vicarius Miſericordiam, cum expedit facere, intendentes D. Franciſcam filiam olim Viri Nob. Guecelli de Rubeis de Parma vxorem q. Nob. Bartholomæi della Turre de Verona olim de Mediolano &c.

Deinde huius familiæ Ioannes Viridem Scaligeram duxit.

Exteri ampliſſimis dignitatibus, non tantùm ſæcularibus, at Eccleſiaſticis familiam ad Sacram vſque purpuram extulerunt: & eorum Sanctis operibus inter Beatos computari meruere: vt tradunt Morigia, & alij.

Nec qui Veronenſia domicilia delegere ſanguinis ſtimulis conticuere, diſciplinis enim dediti alij Philoſophia, alij Medicina, alij Legibus, alij vtriſque Doctrinis polluere: quorum Principes Hieronymus, & Marcus Antonius Illuſtres Medici: quorum item feracis ingenij famam elogijs elegantiſſimis extulit Chiochus, Marci Antonij verò etiam Iouius.

Præter Laurentium, Marcum, Gaſparem, Ludouicum Vrbis Proprætorem 1509. vt *M.S.A.fol.* 56. Collegij noſtri clariſſimos, Iulius Philoſophia, & Iuriſprudentia apprimè claruit, Hieronymi Phiſici patris, & Marci Antonij fratris memoratorum, virtutem emulatus.

Hic inter cæteras patrias dignitates glorioſè pergeſtas, cum Leonello Tramarino Venetias legatus eſt, Nogarolarum (quã memorauimus) cauſa, *M.S.A.fol.* 118. ſicuti ad Cardinalem Cornelium intromittendum anno 1504. *Curt.lib* 16.

Quantùm verò literis polluerit, Fratrem Leandrum de Albertis in teſtimonium adducam, ita ſcribentem.

Viuit Iulius Frater Marci Antonij quartus, & ipſe Philoſophus perexcellens teſtantibus libris ab ipſo æditis de felicitate inſcriptis.

Fratrem etiam habuit Raymundum à Senatu Fagnani Comitem declaratum cum fratribus, & poſteris, dum Venetias Orator acceſſiſſet, vt Petro Lando nouo Duci congratularetur 1539. filios verò Franciſcum, cuius Epiſtolarum Familiarium volumen legimus, Hieronymum Cathedralis Præpoſitum, & Comitem Antonium.

Humatus eſt Iulius in Templo Diui Firmi maioris in elegantiſſimo, ac mirando mauſoleo: quod cum fratribus Hieronymo extruxerat hiſce Elogijs.

Verſus Septentrionem.

Hieronymo Turriano Patri Optimo
Et M. Antonio Fratri maxime vnanimi
Julius Baptiſta, & Raymundus
Fratres P.
Viſum his, atque ſuæ in illos pietatis eſſe.
Amborum oſſa quæ diuerſis prius
In locis, vt quemque Mors occupauerat
Contegebantur in Patriam translata
Eodem vna Tumulo collocari.


Ver-

Verſus partem Meridionalem.

Vniuerſæ Familiæ Turrianæ
Vixit Pater Ann. LXII. Neque vlli tamen
Ob præclaras ingenij artes
Quæ tum maximè in illo florebant
Non immaturè eripi viſus eſt
Filius cum is iam Patriæ non ſolum
Laudi æquaretur,
Sed & in maiorem, & iam neſcio quam ſui
Expectationem homines erexiſſet
XXX. Ætat. Anno acerbiſſ. omnium fato perijt.

Gentiles infra ſuggeram.

GABRIEL PEREGRINVS.



NOn ignoro Peregrinam gentem, Nobiliſſima ex Germania traxiſſe natalia: quò, & eiuſdem Heroes ad præſens vſquè ſæculum Atauam gloriam proprijs illuſtrant operibus.

Non ignoro tùm ex ea, tùm ex hac Nobiliſſima germina efluxiſſe, quæ armis, & literis excelluere magnopere.

Non ignoro tandem hanc eandem inter Ciuitatis noſtræ illuſtriores à præcipuis meritò Scriptoribus connumerari. Verùm (quod maximo infortunio imputandum cenſui) Codex, quò progeniei origo, & facta continebantur, à Camillo noſtro Iureconſulto, & Equite coagulatus, & digeſtus, à Nobiliſſimis Nepotibus nondum reperiri valuit, illa ideò, ſuggeram, quæ hinc inde diſperſa colligere valui.

Longa annorum intercapedine tanta progenies Anterij præcipua Veronæ dignitate refulxit, quam translatam reperimus in Antonium 1279. & mutatis temporibus in Andream Ioannem, & Peregrinum, qui, & Patriæ Gubernatores fuere, vt memorat Curt. *lib.* 12.

Ex Andrea Thomas efluxit, cuius à Cane Signorio virtute, fidelitate, & integritate perſpecta, eum Quæſtorem ſupremum Theſaurarium, & Iudicem Phiſcalem addixit: qui cum poſtremam hanc dignitatem haberet, meò ſenſu eum Iureconſultum appellarem, & inter Illuſtres non immeritò locarem, idque fortaſſis haud ambigerem, at cum tali titulo nuncupatus nullibi

appa-

appareat, ne apud Sycophantas Palephatiam ſcripſiſſe videar, affirmare non lubet.

Fuerat, & alius Thomas pro Cane magno Vincentiæ Poteſtas, & Vicarius Generalis, anno 1527. vt Paiarinus affirmat.

Multis pronepotibus Cætus noſter ab hoc donatus eſt, Antonio ſcilicet Auguſtini Barbadici Equite multis Legationibus conſpicuo, Andrea legati munere, itidem functo ad Cypri præſertim, & Gallorum Reges, Bartholomæo Equite pręcipuis Magiſtratibus inſignito, & Oratoriæ artis percelebri, Io. Baptiſta virtutum nomine Clariſſimo, Gabriele, & alijs inferius arandis.

Atauarum Gloriarum calcare Gabriel ſtimulatus, viamque ſectatus legum Collegio noſtro cohoneſtatus eſt 1504. 15. Ianuarij qui à Curtio ſingularis grauitatis, & floreſcentis eloquentiæ Nobilis appellatur, *lib.* 19. Non enim nobilitate tantùm, opibusque floruit, verùm eloquentia: ea propter in arduis, & difficilimis negotijs, & legationibus Ciuitas, & Princeps eius ope vſi ſunt, fuit & anno 1514. ad Cæſarem Orator, cum Io. Bapt. Spinellius Cæſaris Leg. multa vectigalia impoſuiſſet; *M. A. fol.* 73.

Rei militaris etiam non modicè polluit pericia: idcirco Andreas de Burgho Cęſaris Legatus anno 1509. eum Arcis S. Fælicis Præfectum conſtituit, *M. S. A. f.* 55. fuit poſtea Venetias Legatus, vt de Ciuitatis redemptione Senatui congratularetur, anno 1517. & anno 1530. cum Alexandro Nogarola, & Georgio Faella ob nuperæ pacis initæ gaudium. *M. S. A fol.* 117. Curt. *lib.* 20. & 1539. cum Montenario Burghetum Veronenſis, & Tridentini agri limitandi gratia: *M. S. A. fol.* 148. Fuit & Legatus Venetias Collegij nomine contra Dulectum memoratum, & ad reformanda eiuſdem ſtatuta conſtitutus, anno etiam 1544. eius integritate cognita à Matthæo Ghiberto Veronæ Epiſcopo, Comiſſarius cum alijs Nob. Teſtamento relictus eſt, anno autem 1553. dum Chriſtophorus Capellus, ad Franciſcum Sfortiam Mediolani Ducem eſſet miſſus, Gabriel eius aſſeſſor à Senatu declaratus eſt, & publico ære conductus, vt Cremonenſis, & Brixienſis agri iuxta olium flumen regeret fines. Curt. *lib.* 20.

Alijs quoq; publicis muneribus fuit condecoratus quibus maximam Familiæ ſibi, & Ciuitati gloriam reparauit; quæ omnia apud antiquitatum aſſeclas exiſtunt minimè ignota, ſicuti pronepotes Illuſtres, de quibus infra.

ALE-

ALEXANDER PRANDINVS.



COloniam Veronenſis agri Semiciuitatem, Prandinorum Familiæ originem dediſſe inquiunt: quò ab Ateſtinis Marchionibus proſecutam admodum amore fuiſſe clypei indicat ęquiformitas.

Ex ea floruit Philippus, Collegij noſtri Præclariſſimus Vir, qui non diſſimilium morum, & virtutis Alexandrum progenuit: cuius literarum legalium ſcientiam, id tantum quod à Curtio *lib.* 19. refertur indicat, anno ſcilicet 1533. 18. Aprilis pro executione Ducalium, vt contentionem inter Veronenſes, & Tridentinos pro finibus regundis dirimeret arbitrum delectum fuiſſe: eidem addidere Rectores Principis Decreto, vt Tridentum accederet vbi ab Andrea de Rubeis à ſecretis Reipublicæ difficultatum pernotionem foret recepturus.

Hoc compromiſſum in ipſum tranſlatum eſt, titulis perhonorificis, ducalibus quandoquidem Ciuitati impertiebatur, vt Ciuem expertem, & legalis diſciplinæ ſufficientem eligeret: & vt latius ex ipſis literis patet: quemadmodum, ex eis Ioannis Delphino, & Marci Contareni Veronæ Rectorum 22. Aprilis.

Cunctos Patriæ Magiſtratus obtinuit, quibus propriæ virtutis famam concitauit; extat, & adhuc eius ſtemma ſuper Mercatorum ædibus hiſce ſyllabis circumſcriptum.

M. D.

ALE. P.

Nepotes, quos habuerit, inferius contingam.

LVDO-

LVDOVICVS DE ALIGERIS.



FRangipanam Gentem Vrbis Senatorij ordinis patriciam, & Sanĉti Gregorij Pontificis parentem, ex Attijs progēmatam teſte Corio Virum dediſſe refert. Leonardus Aretinus Com. Illuſt. Fam. florent. Nomine Aldigerium, qui cum Florentiam incoluerit, ibiquè Familiam prolatauerit, ex eius nomine Aldigerij, ſiue Aligeri deſcendentes ſunt nuncupati. Ex quibus vixit celebris ille Poeta Dantes: qui cum Ghibelinæ parti faueret Florentia à Guelphis ciectus ad Canem Franciſcum Veronam confugerat vti tetigimus: vbi Aligerorum familiam opibus, nobilitate, Heroumque cognationibus claram reliquit.

Hæc innumeros tùm armis, tùm literis, & ciuilibus officijs præſtantes propagauit: quorum vnicum Petrum, quem ex Annalibus Canonicorum, & Collegij noſtri, & Nicolai Iuſtiniani Prætoris 1361. Vicarium fuiſſe colligitur.

Abnepotem habuit per longam annorum ſeriem Ludouicum anno 1525. Collegio noſtro adſcriptum, virtute, natalibus, honoribuſque Illuſtrem.

Præturam Vrbanam, plaudente populo, geſſit: cuius adhuc marmoreum videmus monimentum; Duumuiratum etiam laudabiliter exercuit, legationeſque ſuſcepit non ſingulas.

An

An autem virtute fuerit conſpicuus ne illiceat ad verbum Curtium, dum de Aligeris loquitur lib. 10. refere.

Fù ancora frà queſti quel tanto raro, & Eccellente Dottore M. Lodouico Dante Aligeri: il quale à ſuoi dì fù di grandiſſimo nome, & fù ſtimato perſona di giudicio ſoprahumano; quod etiam annuit Epiſcopus Seta.

Fuit & huic, cum Peregrino, & Tramarino ſupraſcriptis ſtatutorum Collegij reformatio commiſſa: quibus peractis relictis filijs ex Leonora Com. de Beuilaquis diem clauſit extremum.

Admodum hæc gens poſt Ludouicum floruit maximis opibus cohoneſtata: cuius decus familiæ Mauſolæum proprio Sacello in Diuo Firmo Maiori conſtructum, præſertim arguit; verùm in Iunipera vnica familia reſtincta eſt, Comiti Marco Antonio de Seratico nupta Brunorij, & Maſſimilæ de Martinengo filio nobiliſſimis natalibus Vincentia oriundo (cuius gentis fuit Petrus anno 1393. Collegiatus noſter, vt ex Annal. Canon.) qui eius facultatis hæres vniuerſalis conſtitutus eſt: dummodo tamen de Aligeris cognomentum aſſumeret, quod vſque adhuc à Comitibus Brunorio, Petro filio, & Petro Aloyſio nepote ſuperſtitibus ſeruari videmus.

PAV-

PAVLVS BELINVS.



EX Rhodigio Venetorum Ciuitate Belinam Gentem Veronam migraſſe, ex antiquiſſimis Inſtrumentis reperio; an autem ex ea fuerit Paulus nundum inueni, nobiliſſimis tamen ortum natalibus, & Pompeiorum, Maphçiorum, aliarumque præcipuarum Familiarum cognatione; opibuſque non humiliter clarum fuiſſe manifeſtum eſt.

Hic poſt lauream Patauij ſuſceptam, inter Collegiatos peraratus eſt, anno Dominicæ Incarnationis 1526. eiſque eximia eius virtute gloriam præſtitit ingentem, ſiue patrios, ſiue exteros Magiſtratus geſſerit.

Fuit annis 1548. & 1552. Ciuitatis Duumuir: & anno 1527. Prætor Vrbanus, cuius hæc memoria ſub ſtemmate habetur ſuper Negotiatorum Ædibus.

PAVLO BELINO PRÆTORE INTEGERIMO.

Piſcheriæ quoque Prætura functus eſt anno 1554. & à Collegio noſtro, vt Statuta cum ſupraſcriptis reformaret delectus: quemadmodum vt Collegij Aulam in eam, quam vidimus elegantem formam erigi adinderet: anno 1535. antea enim in Tabellionum Sacrarium Collegiati conueniebant.

Aſt pauca hæc, vt ſapientiæ eiuſdem argumentum ſumamus, ſi electionem in ſupremum Syndicum, & appellationis Iudicem, Ciuitatis Lucæ conſpexerimus: quæ anno 1537. Oratores ad Collegium miſit poſtulantes, vt præſtantis doctrinæ Virum ad tantum officium mittere, nec inficiaretur, vt M. S. A. fol. 136. (quamquam ad Ciuitatem dimiſſos putauerit Curtius) eaquè dignitas in Paulum collata eſt: qui adeò egregiè ſe geſſit, vt tranſacto conductionis tempore, in idem officium iterum confirmatus fuerit.

ALEXANDER DE MONTE.



Sancti Sabini Mons Aretini agri oppidum Familiam præcipuam habuit, de Ciocchis nuncupatam, quæ exin à loco de Montę cognomentum ſuſcepit, vt Platina ſcripſit.

Innumeros hæc tulit Heroes legalis ſcientiæ apprimè conſpicuos, Antonium veluti S. R. E. Cardinalem, & Vincentium ex præcipuis Vrbis Romæ I. C.

Vincentius, ex Nobiliſſima Senenſi Vxore, Ioannem Mariam concepit, eximium itidem Iureconſultum Sacræ Romanæ Eccleſię Cardinalem, & tandem Summum Romanum Pontificem, Iulium Tertium nuncupatum, qui Iacobum Puteum mei Gentilem Cardinalem adſciuit.

Dedit & armis Illuſtres, quorum memoratum non indignum Mariotum comperio: qui ad Venetorum ſtypem acclamatus anno 1432. adeò egregiè operam nauauit; vt Collateralis Generalis deligi meruerit: cuius dignitatis ergo Veronam incoluit; fuerunt etiam à Senatu, Gentile Leoniſſa, Bartholomæo Coleone, ac Gatta Melata, eius curę grauiſſimi ponderis negotia commiſſa, eiuſque Militarem peritiam, ac fidem adeò dignouit Gatta, vt ſecum ſemper in conſilijs maluerit, & Supremum eius Cancellarium creauerit. Hinc putauerim ego, priſcum Gentis ſtemma commutatum, & nuperis corporibus adauctum fuiſſe, nedum etenim Galea elurum retinet verum rubras comas, quas ſuper montibus conſpicimus, Gattæ Melatæ Gentilicium, Patauij proprijs in ædibus,

& in eius latario, atque ſub eiuſdem ſimulacro apud D. Antonium fuiſſe colligitur.

Habuit hic genitos quinque, Hieronymum ſcilicet paternæ dignitatis hæredem, Coſmam eiuſdem dignitatis Vices gerentem; Comitem cataphractorum Ductorem, Petrum Gentilem, & Marcum Antonium Illuſtres Beligeros, quorum temporibus Benedictum Collegio noſtro adſcriptum lego 1492.

Ex Hieronymo Coſma, & Petro Gentile Illuſtribus titulis equeſtris, & pedeſtris Militiæ cōdecorati filij, & nepotes ſunt procreati: ex Comite verò Io. Baptiſta Alexander, & Mariotus ſunt progeniti.

Ioanni Baptiſtæ inter noſtræ Ciuitatis Medicos, omnium confeſſione primus locus datur: Dei dono mortalibus conceſſo, qui accuratiſſimè doctiſſimequè multa in arte Medica ędidit: vel potiùs cura, & induſtria auditorum ſuorum ſunt ædita, Panuinio, Chiocoque teſtibus.

Obijt Teracij, ſua Villa: corpuſquè Veronam ductum Diuæ Mariæ à Scala proprio Sepulcro eſt conditum hoc marmore.

Ioanni Baptiſtæ Montano Philoſopho, ac Medico
Clariſs. Marcus Antonius, & Theodorus
Filij Meſtiſſimi poſuere obijt
M. D. LI.

Nec procul ab alio aræ latere hæc leguntur à Hieronymo Fracaſtorio conſcripta.

Dum Medica Montana doces ope vincere fata,
Et Lacheſi inuita viuere poſſe diù
Lethæo oppreſſit Dea te indignata ſopore,
Et ſeruit vitæ grandia fila tuæ.
Sic animas, & tù aſclepidum ſubtrahis orco,
Te quoquè ſauorum perdidit ira Deum.

Mariotus Frater fuit peditum ſtrenuus Præfectus, Alexander autem Collegij noſtri fulgentiſſimus Vir.

Hic amore in patriam nemini ſecundus, dum etenim pro patria maxima negotia Venetijs forent agitanda, & ex hoc Petrus Aliger Prouiſor cum Com. Vgucione de Iuſtis, & Raphaele

Guar-

Guarnerio Iuriſconſulto, Conſilij Duodecim Capitibus legatus eſſet; Alexander, vt Ciuitatis iura tueretur Venetias vltro proprio ære acceſſit, anno 1539. vt *M. S. A. fol.* 137.

Orator nec non Venetias miſſus eſt, vt Diuæ Mariæ à Virginibus Sorores, è Sancti Firmi Fratrum poteſtate eximi curaret. Curt. *lib.* 19.

Alia multa peregit in Patriæ decus, & commodum eiuſquè Familiæ cum deſcendentibus vtilitatem, & fauorem, & de eo ita ſcribit Franciſcus Curio.

Aſſai gloria ſi acquiſtò Aleſſandro eſſendo Dottor delle Leggi, & forſe ſarebbe andato dal pari nella profeſſione ſua con Gio. Battiſta ſuo fratello ſe dalla morte non foſſe ſtato troncato il nobiliſsimo penſieso ſuo. Imperciòche nel principio di dar conto di sè ſe ne paſsò all'altra vita.

Hæc gens, non ſolùm in Sancti Sabini Monte Illuſtriſſima reperitur iuriſdictionibus, Imperio, & titulis conſpicua; Verùm, & Veronæ nec abſimilis, quamquam alumnorum deficiens, ſupereſt, quandoquidem ex ea alter Alexander tantùm, Marioti Equitum ductoris Frater, qui modo pro Sabaudiæ Duce Generalis Commiſſarij dignitate fulget: alijſque digniſſimis titulis à Francorum Rege decoratus à quo Marchionatus dignitate donatus eſt.

Adeſt, & alia Familia de Monte Veronæ Nobilis ab hac tamen inſignibus, & ſtypite diuerſa, affinitatibus tamen, & patrijs exercitijs clara, quarum de illa alia ſi quæſiueris præfactum Curionem perlegas, qui ſcripſit.

Albore della Nobiliſs. Famiglia de Monti di Verona
Con vn breue Compendio di quelli, che in vita loro
hanno ſeruito la Sereniſs. Signoria di
Venetia.

IO. FRANCISCVS LAVEZOLA.



SI quam Patriciam Ciuitatis Familiam, literarum altricem venerari conſtringimur, Lauezolam iam Scazatam vocatam ex an. Can. mehercle præcipua ſcandiſſe ſubſellia fatendum eſt.

Philarmonicorum Academiam in huiuſcè veritatis teſtimonium adducerem, niſi apud omnes, quantum eam amore proſecutam ab eadem fuiſſe adhuc vſquè innoteſceret, & ab Alberto præſertim Poeta Excellentiſſimo, & eiuſdem Academiæ Patre à cuius nomine Co. Albertus Pompeius ſupra memoratus ex fœmineo latere pronepos vocatus eſt, non igitur mirum ſi, & ipſe admodum virtute polluerit.

Nobiliſſimis, & pijſſimis Curtio teſte progenitus parentibus Ioann. Franciſcus, ampliſſimis congiarijs condecoratis, Imperialiquè Aquila vti valentibus, inter Collegij noſtri Illuſtres connumerari minimè immeruit. Quandoquidem, vt Ciuitatis iura tueretur, dum Venetias Legatus eſſet proprium patrimonium haud profundere curauit.

Non modicum itidem temporis phiſci patrocinium exercuit, quò officio, apud Sereniſſimam Rempublicam maximam gloriam reportauit, in eiuſquè locum ſuffectus eſt Scipio Fontanella. Patrios Magiſtratus omnium pergeſſit applauſu, tùm Duumiratus, tùm Vrbanæ Præturæ: cuius ſtemmatis monumentum ſuper

Mercatorum Domo à Co. Io. Paulo Pompeio, Co. Alberti Fratre, dum eadem fungeretur dignitate, in elegantiorem locum ſitum eſt: vt ex his colligitur inferiori Tabella inciſis.

M. D. XXXIII.
Hancce Tabellam Præturæ inſignis
Ioann. Franciſci Lauezolæ J. V. D. Iudicem
Ioann. Paulus Pompeius Illaſiorum Com.
Prætor ab recondito loco in hunc
Tranſtulit reſtituitque Anno Salutis
M. DC. XXVIII.

Vixit, & huius Familiæ Nicolaus Eques præcipuis Patriæ Magiſtratibus, ac legationibus functis, cui nec ſecus Patria debita eſt.

MAR-

M·ANTONIVS DE VICOMERCATO·



VIcomercati Vicum, Illuſtrium Familiarum incolatu non tantùm, commercijs verùm, ideoquè opibus, Mediolanenſis Diœceſis præcipuam Familiam Heram habuiſſe putari Morigia teſtatur, eamque à loco de Vicomercato cognomentum ſuſcepiſſe ; Verùm voluentibus rebus è Principatu eiecta Mediolanum acceſſiſſe , vbi armis claros , & literis Excellentes pertulit Heroes, ſicuti etiam Deo Maximo gratiſſimos, quorum interceſſione miraculosè apparatus eſt.

Huius gentis vixit Archerius , pro Mediolanenſibus contra Fridericum de Barbarubeis , ſtrenuiſſimus copiarum ductor, anno 1158. Floruit, & Pinamons à Corio Vir Nobilis, & egregius nuncupatus qui coniectarijs orationibus, vt Fridericum præfatum ex Italia expellerent , non ſingulas Lombardiæ Vrbes, vt fœdus ferirent ſuaſit ad quem poſtea 1185. à Patria Republica Legatus fuit.

Horum Nepotes literis, & armis, vt diximus, quantum excelluerint eidem mè refero Morigiæ, qui voluminum compoſitores publicos Philoſophiæ, & legum Doctores, Principum à Secretis, & Conſiliarios, Ciuitatum Gubernatores, Galorum Regis Generales Commiſſarios, Comites, Equites, etiam Sancti Michaelis aliosq; percelebres ſupputat Viros, & adeo eos magnificit, vt dum de ipſiſmet ſcribere decreuerit capitulum 15. initiauit hoc titulo.

Dell'

Dell' Antichità, & Nobiltà della Famiglia de Capitani de Vimercati.

Horum Gentilis, & Agnatus vixit Maſtinus Scalidarum Copiarum Præfectus cuius opera, cum ab Antonio Scaligero militibus ſtipem contribuere inficiaretur, Ioannes Galeatius Vicecomes Veronam cæpit.

Nobiliſſimam progenaſſe Familiam Maſtinum inquiunt ex Mediolano, Veronam translatam anno 1387. multis honoribus etiam ab alumnis illuſtratam, & præſertim à Ioan. Iacobo Sereniſſimæ Reipublicæ Collacterali Generali; Qui ex Iulia, ex Comitibus de Biuilaquis Ioann. Chriſtophorum omnibus Patrijs honoribus functum, & Marcum Antonium procreauit. Hic à Collegio noſtro lauream adeptus 1529. ſe ſe à maiorum virtutibus nequaquam diſſimilem patefecit, pro arduis enim negocijs Venetias, cum Legatus eſſet incredibili quadam dexteritate, & prudentia ſe geſſit, vt ea obtinuerit, quæ eius prudentiæ Commiſſa fuerint, vt ex Statutis Veronenſibus apparet: Omnibus quoque publicis muneribus eſt functus quibus Patriæ eidem maximum commodum, & decus reportauit.

Fabrefecit Vir Clariſſimus, dum Duumuiratum exerceret veſtibulum ante locum Magnificæ Ciuitatis prouentuum quò eius ſtemma cum Spulucrino ſuſpicitur, atquè aulam duodecim ad vtilia deputatorum.

Huius, & Fratris magnanimitatem, & opes propriæ ædes magnificentiſſimę apud Sanctos Coſmam, & Damianum ab eis indicant erectę, atque antiqua latifundia, quæ cum iuriſdictione poſſedit.

DOMI-

DOMINICVS TVRRIANVS CO. ET MAR.



LVdouicus Turrianus prænaratæ originis, & virtutis Iureconſultus, præter cæteros, Dominicum genitum tulit, qui à Patre ad Iuris Prudentiæ diſciplinam accitus adeo profecit, vt ſtatim nedum paternam virtutem æquaret verum deuincêret: Hinc eſt Fratrem Leandrum de Albertis Bononienſem, poſt alia quæ de Turriana Familia ſcribit, hæc ſubdiſſe.

Fù ancora di queſta Nobil Famiglia Ludouico Eccellentiſſimo Giureconſulto, & della medeſma profeſſione, laſciò tra gli altri vn figliuolo doppo ſe detto Domenico di gentiliſſimo, & rariſſimo ſpirto, & per il ſuo molto valore, & integrità chiamato ſempre à render ragione ne i primi tribunali d'Italia ſi come hora nella Ruota, & Podeſtà benemerito della Patria mia.

Eodem Magiſtratû etiam omnium gloriæ nutû Genuæ perfunctus eſt, ex Act. Col. & Anibal Roccus in conſiderationibus ſuper Cetus noſtri Capitulo de defectibus impedientibus ingreſſum Collegij ita de Dominico ſcribit.

Nouit Illuſtriſs & Excellentiſs. Dux Octauius Farneſius, qui multum Illuſtrem, ac Excellent. Iuriſconſultum Dominum Dominicum Turrianum bo. mem. in Auditorem Generalem habuit, & à Secretis Conſiliarium, nec non, & Præfectum Magiſtratui ſuper redditibus omnibus, de cuius doctrina, & prudentia ita remanſit ſatisfactus, quod vltra ſtipendia ordinaria non modici momenti ei data, creauit illum Comitem Grottæ Diœceſis Placentinæ, & Marchionem Scipioni eiuſdem Diœceſis, nec non, & Salſi

minoris

minoris Diœceſis Parmenſis cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda Iuriſdictione.

Sepulcro Marmoreo conditus eſt ante maius altare Diui Bernardini hoc Elogio.

Dominico Turriano Comiti Grottæ,
Et ex Marchionibus Scipioni ſupremo
Conſiliario Sereniſſimi Ducis Parmæ, &
Placentiæ qui obijt Parmæ
Anno Domini M. D. LXXII. XII. Kal. Nou.
Guido Fil. Mœſt. Patri Opt.
Sibi, & poſteris P. C.

Ea quandoquidem Eccleſia priſca Familię monumenta reperiebantur, vt teſtatur lapis, in capitulari Atrio his literis.

Sep. hoc iam pluribus annis conditum
Ludouicus, & Raymundus à Turre
Sigiſmundo Eq. & Io. Parentibus præmortuis
Suiſquè corporibus, & poſt. Dum ad mortalitatem
Exitentur vnanimes viuentes inſtaurarunt
Anno Domini M. D. XCIII. Kal. Feb.

Huius Sigiſmundi filiam Bartholomæo Antonio à Puteo gentili meo nupta eſt anno 1526.

Guido verò Dominici filius, & ipſe Coll. cohoneſtatus fuit anno 1570. & ad maiora Vrbis munera vocatus, in Conſulendis quoquè cauſis ſingularis, à quo nec fuit abſimilis gentilis, noſtrum memoria viridi abreptus, M. Antonius Fagnani Comes, Collegiatus item noſter, Iuris ſcientia, pietate, religione, patrijſq; muneribus clariſſimus, cuius filius viuit Gentilis Proceri de Tono Germanæ nuptus.

Tantæ gentis opes nedum Vrbis demonſtrant habitacula aureis laquearibus Picturis, & Sculpturis conſpicua verùm bina ſublimia in Agro Palatia Pomaria, & Fontia, alterum Mezannis, alterum Fumannis conſtructa, quæ quis non vidit pauca inter Veronenſes vidiſſe profiteri poteſt.

FRAN-

FRANCISCVS SPOLVERINVS.



SPoluerinorum Gens, in Iacobo Vermio genere iam exarato, & rerum geſtarum amplitudine ſemper enituit, Equeſtre quippe decus cum literarum dignitate coniuxit, & memorati Auentini Sabinorum Præfecti propagatoris, veſtigijs ſemper inſiſtit adeò, vt pauciſſimæ Compatriciæ propagines, quæ cum hac Equitibus Præfectis Patriæ Magiſtratibus, & Iureconſultis valeant comparari.

Maioribus tamen tanquam notiſſimus prætermiſſis vna cum Gentile Sigiſmundi Cæſaris præſtantiſſimo Equite anno 1433. vt *M. S. A. fol.* 33. Collegio noſtro cohoneſtati ſunt Ioannes inter Iccerini Conſiliarios memoratus, Iacobus qui anno 1409. ad Andream de Burgho, Cæſareum Legatum Orator acceſſit, Paulus Philippus Eques anno 1462. Chriſtophoro Duci Mauro congratulationis Orator *M. S. A. fol.* 40. Hieronymus Patriæ Magiſtratibus clarus, & Franciſcus anno 1531. inter Collegij alumnos computatus, in quo dicendi officium, & ſcientiarum profunditas, ita eminuere, vt proprium virtutis nomen, non ſolum Illuſtribus Parentibus adequarit, verùm in digniori gradu conſtituerit.

Patrijs honoribus non ſemel fuit inſignitus, & in cauſis dijudicandis incomparabilis cuius rei fama, & apud aduenas cum acceſſiſſet ad Ferrariæ Præturam eſt accitus, quod munus iuſtiſ-

ſime

ſime rexit, & magni faſtigij gloriam ſibi acquiſiuit, quæ cum peregiſſet vita caruit, opibus, & cognationibus præſtantiſſimis Nepotibus relictis.

Huius gentiles, qui poſt mortem ſuperſtitere eiuſdem diſciplinæ viam conſectati, Collegio ſunt adſcripti. Leonardus 1540. Georgius 1569. Licurgus 1590. & Ioannes Eques, inferius memorandus.

Ex Georgio meritiſſimo inter Collegiatos, & breuitate tantum intercedente inter Illuſtres ſpeciatim haud nuncupato, & ex Matrona Comitum de Iuſtis, ortus eſt alius Franciſcus ſuperuiuens Eques, & à Sereniſſimo Mantuæ Duce, Marchio creatus, qui Patria digniora munera ſæpiſſimè ſuſtinet, ex quo, & ex Comitiſſa de Seratico genitum habet Iacobum Gonzagarum inclito nuptum ſanguini, poeticę artis ſicuti ſtudioſiſſimum, ita peritiſſimum. Licurgus autem mihi coniunctiſſimus, omnibus honoribus potitus eſt, vt publica teſtantur monumenta, cuius viuit filius Gaſpar Equeſtri decore cohoneſtatus.

BIVILAQVA DE BIVILAQVIS DE LAZISIO EQVES.



PLurimas innumeraſquè Illuſtriores Familias, à locis quibus dominantur, ſeù dominati fuere cognomina haud ſumpſiſſe latet. Ea propter Loncis Vindeliciæ oppidum, Lonciſiorum Familiæ nomen dediſſe, etiam præſentibus temporibus patet, quibus Nobiliſſimi eiuſdem gentis proceres auorum gloriam in illius loci iuriſdictione æmulantur.

Ex his vixit Antonius Loncis, & Londem Baro, & Henrici Secundi Imperatoris Cubicularius, & eiuſdem copiarum contra Saracenos ſtrenuus Præfectus, anno 1014. & ob egregia belli nauata opera, Gubernator Benaci Lacus perpetuus addictus, qua dignitate, cum fungeretur in litore Caſtrum erexit, & ſuper eo Familiæ clypeum celauit, quod de Loncis nuncupari voluit, de Laziſio corruptè modo appellatum, quo ab ipſomet Imperatore, cum gladij etiam poteſtate, vna cum legitimis genitis, in infinitum donatus eſt, ea propter Veronam incoluit, cum vxore Magdalena, Petri de Cardouico Nobiliſſimi Tirolenſis filia Tridentique Gentis dominæ.

Hic cum merum minimè potaret, à Germanis Biuilaqua de Loncis vocari cæpit, quod pronomen ad Nepotes tranſmiſit, vna cum cognomine corrupto de Laziſio.

Con-

Conſpicua, mutatis æuis, nobilitatis hi argumenta retulere inter quos Pax, ſiue Alteſpax, qui cum Fridericus Enobarbus ad Terræ Sanctæ redemptionem eſſet acceſſurus propriæ cuſtodiæ conductorum Equitum Præfectus ab eo creatus eſt, cuius in officio tantam fidelitatem expertus eſt, vt eum alterum Canem appellauerit.

Vetuſtum Familiæ ſtemma coronato capite, & ceruicijs Aquilę cum poſteris inſigniuit, non enim antea præſenti ſtemmate Familia vtebatur, ſed ſolis veluti calculis vermileis, & argenteis, quibus à medio infra hodie itidem vtitur, qui præſentem, & vindeliciæ inſignem formant; quod nobiliſſimæ Originis illius Prouinciæ veriſſimum eſt argumentum. A medio autem ſupra calculorum oblongorum linea, quorum alter pariter argenteus, alter vermileus, obrizi alueum à ſiniſtro latere vſque ad clypei cacumen oblique interſecat.

Fuit hic, & cum Antonio Nogarola à Veronenſium Republica Tridentum miſſus, vt Ciuitatem in deditionem reciperet anno 1222.

Ex hoc tota Laziſiorum efluxit Familia; ex hoc Canonici, Equites, Imperatorum, & Sereniſſimæ Reipublicæ Comites, qui adhucuſque in Nogarolarum Arcis iuriſdictione Auorum geſta inclytis ſectantur operibus. Ex hoc legati; Duumuiri, Prætores Vrbani, Philoſophiæ, Medicinæ, Theologiæ, legumquè Doctores ſunt progemmati, cum alijs, qui nec non extra Vrbem propriæ virtutis famam prolatauere, quorum Princeps Biuilaqua, qui poſt ſtudia enixa, & lauream conſecutam anno 1531. 19. Aprilis inter Collegiatos eſt computatus, qui non ſolùm gentem at Patriam eximia virtute decorauit.

Hic omnes Magiſtratus Patrios geſſit perhonorificè, & cum Duumuiratu fungeretur, duodecim ad vtilia deputatorum commodo, Atrium erexit, quò ſuper poſte hæc leguntur.

PAT. DEC.
XII. Vir. in vſum
Extructus
Biuilaqua Biuil. Laziſio M. Ant. Vicomercato
Iur. Conſ. Prouiſ.
Sigiſmundo Seratico cur.
M. D. L.

Fuit, & bis ad congratulandum legatus miſſus, Petro Lando nouo Duci 1539. & Laurentio Priulo 1556. quibus legationibus, & Magiſtratibus ingenij ſpecimen, ſcientiæ profunditatem, dicendi leporem, & negociandi experientiam indicauit. Quibus à Genuenſi Republica pernotis, ad Vrbis Præturam eſt accitus, quod officium qualiter geſſerit dum Eques aureatus, ab eadem creari meruerit, proprij diplomatis legi præconia queunt.

Dux, & Gubernatores Reipublicæ Ianuenſis. Nob. Viro Biuilaquæ de Biuilaquis Laſicio Veronenſi Prætori olim Ciuitatis gratiam, & omne bonum. Equum eſt, vt qui eo in Rempublicam noſtram ſtudio extiterunt, vt in gerendo Magiſtratu fidem, & in geſto probitatem morum, atquè animi innocentiam oſtenderint aliquem à nobis fructum, abeuntes reportent, qui cum ſuorum erga nos meritorum, tum noſtræ in ſe non modo propenſæ ſed gratæ etiam voluntatis teſtimonium afferat. Cum igitur tù, apud nos Præturam geſſiſti te talem præſtiteris, vt meritò nobis, & vniuerſæ communitati cariſſimus ſis, harum noſtrarum vigore tè aureatum (vt vocant) militem creamus atquè deligimus, ſpata primum lateri amota tuo, deinde torque aureo collo impoſito, veris adeptæ dignitatis inſignibus decorandum. Perge iam Biuilaqua beneficio iſto noſter, & quò tè virtus euehit tua, conſtanti, vt par eſt animo aſpira, in cuius rei teſtimonium has ſigillo noſtræ Reipublicæ appenſione munitas fieri iuſſimus.

Datum Ianuæ die 23. Auguſti 1555.

Ambroſius.

Sepultus eſt Vir clariſſimus in D. Zenonis periſtylo eleganti Mauſoleo proprio iuſſu his literis teſtamento erecto.

Vixi, at pulcrum eſt, vt aiunt, fama ſuperuiuere,
Sed quid tum niſi iterum vt moriar? ſatis eſt ſemel
Periſſe in Domino, vſquè ad cenſorium illum diem,
Quo in carne mea videbo Deum Saluatorem.

Et inferius.

Biuilaqua Biuilaqua Laziſius Eques, & Iur. Conſ.
Inſignis, apud ſuos exteroſquè nominis
H. S. M. T. F. I.
Ex eo Q. T. B. M. Anna Caballa Vx. F. P.
M. D. LXVIII.

Quos Pronepotes habuerit inferius contingam.

THEODORVS PEREGRINVS EQ.



CVm Cætus noſter quocumque æuo, huius Nobiliſſimæ Familiæ germinibus, donatum fuiſſe ſuperius aſſeruerim, nonnulloſquè virtute clara conſpicuos contigerim, Theodorus memorandus ſuccedit eius temporis, ex præcipuis noſtri Collegij Iureconſultis, qui Patriæ non ſolum, foris verùm, maximi nominis famam prolatauit; Propterea in arduis negociationibus ad legationes aliaquè Patrià officia accitus hoc ob merita tulit decus, vt eum Sereniſſima Reſpublica aureatum Equitem vltro creauerit.

Inter verò honores, apud exteros ſuſceptos, ille iure computandus eſt præcipuus, cuius monumentum in Collegij noſtri Archiuio huc vſquè his literis ſeruari vidimus.

Vniuerſis, & ſingulis notum ſit, qualiter Magnificus, & Excellens Doctor, Dom. Theodorus Peregrinus Nobilis Veronenſis, cum ob eius egregias virtutes, & merita, tum & eo maximè, quod qualitates à conſtitutione Rotæ Bononienſis, requiſitas habere clarè docuerit, videlicet, quod de anno 1533. in Gymnaſio Patauino Doctoratus gradum ſuſceperit, & in Sacro DD. Doctorum Collegio Veronenſi aggregatus fuerit, ab anno 1534. citra pluries, & ſæpiùs in dicta Ciuitate Veronenſi diligenter, & laudabiliter, honorificè Officia, & Magiſtratus Iuriſdictionem

meri,

meri, & mixti Imperij habentia exercuerit, tanquam habilis, & idoneus merito admiſſus fuit, ad ſcrutinium competitorum Rotæ prædictæ die 23. Menſis Ianuarij proximè præteriti factum; in quo ſcrutinio locum vnum, in ipſa Rota obtinuit, modo, & forma quibus, & pro vt continetur in Senatuſconſulto ſuperinde facto, in actis mei Secretarij infraſcripti exiſtente.

Et ego Annibal Aurius Senatus, & Reip. Bononienſis Secretarius, in fidem omnium præmiſſorum hic manù propria ſubſcripſi ſub hoc die 20. Menſis Maij.

DONA-

DONATVS DE SACRAMOSIIS CO.



GALLIÆ Proceres inter antiquiſſimos, non obſcuri ſanguinis, memoratur gens Galtalù, noſtro ſermone Galtade Luzzo ſiuè Galtalugo, quæ Italiam, vel à Pipino, vel ab alijs Principibus tranſducta, Pazzinghi Veronenſis, diſtrictus, ruri multa prædia acquiſiuit, & poſtea Imperatorum munere Catanea dignitate, refulſit, & de Cataneis de Pazzingho nuncupata, vt Diploma 13. Septembris 1431. Alberti Romanorum Regis fatetur, egoquè dum Patauij, Legalibus ſtudijs incumberem Gallum præſtantem Equitem tranſeuntem vidi, anteambulones plurimos Rhedas, & Carpenta ſecum ducentem, quorum auratam caudam, quatuor calculorum clypeus albi, & rubri quadripartitorum coloris inſigniebat, addito Galeę pileo nigro duabus Luzzi genis criſtarum vice exornato, quemadmodum noſtratis hodie gens geſtat, quamquam Aquilam Imperiale adiecerit Congiarium.

Cataneorum honos clariſſimus erat, nec ſecus à memoratis Valuaſoribus, ſicuti enim illi ab Imperatoris Valua denominationem acceperunt, ij à Catino, quod ante Cæſares porrigere tenebantur vocati ſunt.

Rerum tandem voluente viciſſitudine de Sacramoſijs de Verona dicta eſt, ſicuti hodie per Vrbem, & extra, opibus, cognationibus, & honoribus reboat Illuſtris.

Viris etiam ſemper claruit Eminentiſſimis, qui primas Patriæ factiones ſubſtinuere, ita vt dum ſe ſe quorundam immanium, adeò proſataret arrogantia, vt Maſtinum Scaligerum Populi Præfectum, cum Antonio Nogarolla eius Leuiro perimerent, potentiores Vrbis Familiæ, Alberto Fratri dignitatem reſtituerunt, inter quas Sacramoſia apprimè operata eſt.

Legantur omnes antiquitatum exaratores, & gens tanta ſemper clara comperietur, ex qua præter innumeros, armis etiam patrum memoria præſtantes, & literis, eam extulit Donatus alter quem ob merita Cæſar Fridericus memoratus Com. Palatinum creauit, & Aquila bicipite coronata cum alis expanſis, & radio ſolis in pectore (corruſcantis virtutis ſymbolum) priſcum ſtemma inſigniuit.

Huius Nepotes Iebeti Caſtrum, & opulentiſſima bona acquiſiuere, quibus gentilem ſplendorem honeſtiſſimè ſuffulcire potuere, & proprijs virtutum meritis, eorum nomen efferre, inter quos, priſcioribus omiſſis, Equitibus Præfectis, & alijs. Et Michael Eques enituit, qui Ioannem Baptiſtam Cataphractorum Imperij ductorem, Equitem Hieroſolymitanum Cathedralis Canonicum, & alios, Sacramoſium ſuperſtitem genuit, hicquè patrias maiores Prouincias laudatiſſimè ſubſtinet, & à Sereniſſimo Mantuano Duce, cum Marco Antonio genito, & Poſteris Marchio creatus eſt, & inter Patriæ Heroes cognationibus etiam alienigenis, & opibus clariſſimus extat.

Huiuſce nobiliſſimæ ſtirpis alumnus fuit Donatus, qui maiorum virtutibus inhærens, ad iuriſprudentiæ ſinthagmatha ſe contulit, quibus meritam virtutis lauream à Cetū ſtatim reportauit anno 1534. 9. Nouembris.

Enituit in Donato literarum omnium concurſus, & morum præſertim inuidioſa caſtitas, ſingulariſquè in omnibus vitæ artibus moderatio, quippè quia ingenio erat facundo, quod diuerſa ſtudia nullo prorſus complectebatur incommodo. Magiſtratibus potitus fuit dignioribus, & anno 1545. Piſcheriæ Fortilicij Præturam iuſtiſſime ſubſtinuit, aliaquè maiora pollicebatur niſi eius egregia facta inoportuna Nemeſis, omnium fletu, fefelliſſet. Non tamen literarijs Viris exuta remanſit propago, Iulius etenim 1569. & Carolus 1572. eodem numero ſunt excepti quorum poſterior omnium expectationem deuincebat, niſi legatione

tione Venetijs peracta animam emiſiſſet, quod nouiſſimè alteri Carolo contigit, vtraque minerua præclaro, mei congeroni, & condiſcipulo, cuius memoriam, non abſque lachrimis ſcribo.

Hic ingenij acumine, memoriæ profunditate, dicendi lepore, morum comitate verborum affluentia, & diſcurrendi hilari, at neſcio quà amabili quadam audacia, audientium affectus ſibi conciliabat. Verùm Hieronymus Dynaſtes ſpectatiſſimus parens, nec patria merita decora in ipſum colata videre potuit, nec eius virtutis maturos legere fructus, cum acerbiſſima morte eſſet agreſſus paulò ante, Collegio, Conſilioquè cohoneſtatus.

SCIPIO DE FONTANELLIS.



FOntanellarum Gentis nunc, & Fontanæ dictæ originem, quidam ex Regio Lepido Iacobino qu. Petri auctore deduxerunt anno 1418. ſeu 19. vbi tàm præteritis, quàm hodiernis diebus eam inter Illuſtriores merito computamus.

Id tamen inueriſſimile, haudque veritati conſentaneum puto; quandoquidem inter Ezzelini Conſiliarios, ab anno 1279. huius Familiæ Nicolaus, Lucheſius, Naſcimbenius, ac Bonauentura memorantur; imò antea, hæc inter Vrbis præpotentiores connumerat Curtius, quæ poſt Maſtini Scallani Cædem Alberti fratris electioni fomentum præſtitit; neque hanc antiquitatem non annuit vetuſtus Ciuitatis vicus in Regione D. Stephani olim Cathedralis Delubri, quo cum Fontanellæ ædes habuerint, ab antiquiſſimo tempore Fontanellæ nuncupatur.

Hæc verò, incertis omiſſis, non tantùm opibus, & Illuſtrium Familiarum adgnatione ſemper claruit, verùm dignitatibus, tùm Eccleſiaſticis, tùm laicalibus floruit, præter enim cæteros Cathedralis Canonicos eam Ludouicus apprimè exornauit; cuius apud me hæc extat memoria.

Nell' anno 1455. Indictione tertia. Die 13. menſis Nouembris.

Comparſe dauanti il Rev. in Chriſto P. D. Ludouico de Fontana Dottore, & Canonico Veroneſe, il Nob. D. Ludouico Montagna figliolo di Domino Aguſtin di S. Benedetto come Sindico, & General Gubernatore della

Ven.

Ven. Abbatia di S. Zeno Maggiore di Verona, per il Reuerendiſſimo in Chriſto Padre DD. Gerogio Corario Protonotario, & Commendatario perpetuo della detta Abbatia, & preſentò il Breue Apoſtolico di queſto tenore.

CALLISTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Ludouico de Fontana Canonico Veronenſi ſalutem &c.

Vixere ex eadem Hector alterius Scipionis filius, anno 1429. Duumuiratus honore decorati qu. Hectoris ad bellum deputati 1412. qui anno 1490. quo pietatis Mons erectus fuit, cum Zenone de Turchis Duumuir reperiebatur, alijs etiam Patrijs honoribus factus eſt, maxima eius nomini adiecta gloria, quemadmodum, & Nicola, cuius Andreas de Burgho Cæſareus legatus integritati Arciculæ Pontis Petræ cuſtodiam commiſit.

Ex Hectoris filijs progemmatus eſt Scipio, qui poſt lauream Patauij, Veronę exin anno 1534. ſuſceptam, proprię virtutis experimentum Conciuibus, exteriſque patefecit, qua ab ijſdem dignota anno 1543. & per duos ſubſequentes, ad Rotę Auditoriatum à Genuenſi Republica eſt accitus hac. Quam retineo Epiſtola.

Duce, & Gouernatori della Republica di Genoua.

Magnif. &c. Le buone relationi della dottrina, & de coſtumi ſuoi, & la fede, che hauemo preſtato à quelle perſone, con le quali s'è ragionato di Voſtra Magnificenza n'hanno moſſo à eleggerla in vno delli cinque Auditori della Rota di queſta noſtra Republica per anni due; Imperò quando ſia come l'iſtitution d'eſſa noſtra Rota, vuole, che la paſsi l'età d'anni 33. & che la ſia Dottore per anni cinque paſſati, & che eſſo tempo habbi conſumato in la pratica, potrà eſpedirſi tanto anticipatamente, & preſtamente quanto ſi può, perche il Magiſtrato, che è in la Città importantiſsimo patiſce.

Da Genoua 4. Mazo 15 AMBROSIVS. A tergo, Al Mag. & Eccellente Dottor di Legge Scipion Fontana Veroneſe.

Quà dignitate potitus exin is præconijs ab eadem Republica decorari meruit, quę pęnes me habeo.

Nos Andreas Doria Melphi Princeps, ac Cæſareæ Claſsis Præfectus Generalis, & Collegha Supremi Sindicatores Reipublicæ Genuenſium. Compertum habentes Spect. J. V. D. Dominum Scipionem Fontanam Veronenſem in hac Ciuitate Genuenſi officio Auditorum Rotæ, vna cum reliquis Collegis ſuis præſcripto tempore ſumma integritate functum fuiſſe, nùm ab re nobis viſum eſt hoc noſtrarum teſtimonio, cunctis, ad quos peruenerint ſignificare, ne virtus eius vllo vnquam tempore debito præconio careat, cum maximè poſt noſtram de more ædita nulla de eo expoſtulatio delata fuerit, quæ

culpam

culpam meruerit. In quorum teſtimonio præſentes noſtras fieri, & regiſtrari, ac ſoliti noſtri ſigilli impreſsione, muniri mandauimus.

Dat. Genuæ die 17. *Martij* 1547.

Io. Iacobus Cibò Paoranus Not.

Locus ✠ *Sigilli.*

Fuit & eiuſdem Ciuitatis Prętor, Auditores enim ſucceſſiuè hac dignitate funguntur, refferente Sanſouino.

A Lucenſi etiam Republica ad eandem dignitatem fuit acclamatus, Epiſtola, quam itidem retineo, hoc atteſtante, cuius verba cum longa ſint orſum tantùm ſuggeram.

Magnifico, & Eccellente M. Scipione Amico Cariſs.

La buona relatione, che c'è ſtata datta della dottrina, integrità, & ottime parti voſtre ci hà indotti inſieme col noſtro maggior Conſeglio à far elettione di voi per vno de Giudici, & Conſeglieri di Giuſtitia della noſtra Ruota per due anni da cominciarſi alle Kalende di Settembre proſsimo con autorità &c.

Dal noſtro Palazzo il dì 11. *Luglio* 1549.

Gli Antiani, & Confalonieri di Giuſtitia del Popolo, & Commun di Lucca.

Ad quam tamen dignitatem accedere noluit, quamquam alię expoſtulationes interceſſerint.

A pluribus etiam Venetis Ampliſſimis Senatoribus, vt Vices gereret, ſiue (vt inquiunt) vt Vicariatum exerceret vocatus fuit præcipuis ditionis Vrbibus Brixię veluti Primum 1553. & ſucceſſiuè Bergomi, Vtini, Taruiſij, Vincentię, Patauij; iterumque Vincentię, & Patauij per duo Regimina Vtini, & Taruiſij.

Fuerat eius virtus excelſa antea à Senatu pernota cum Iudex Phiſciquè Patronus addictus fuerat, & quoniam in eius electionis verbis, quæ apud me itidem reperiuntur multa honoris continentur, taliſquè forma ex vſu receſſit, illa ſuggerere ne tedeat.

IN NOMINE DOMINI IESV CHRISTI, Amen, Anno à ſalutifero Natali eiuſdem 1546. *Indictione quarta, die Iouis mane* 23. *Septembris Veronæ in ſecundo loco ſuperiori officij DD. Camerariorum Cameræ Phiſcalis ſit. in Vicco D. Sanctæ Mariæ Antiquę præſentibus R. D. Laurentio Fuſcareno Canonico Veronæ, & decimarum Papalium Apoſtolico Subcollectore &c.*

ELECTIO Cunctis innoteſcit Imperatoriam Maieſtatem, non ſolùm armis decoratam, verùm etiam legibus oportere eſſe armatam, & eo magis

quo de iure, & intereſſe eiuſdem agatur pro Republica tuenda, & populi litium anfractibus ſedandis.

Opus etiam igitur eſſe de alicuius Conſilio Sapientis in re ipſa peragenda qui conſpicuis redolens moribus, & iugis legum ſtudijs ius ſuum vnicuique pari lance reddere valeat, & publica Dominorum beneficia propagare ſciat, nullos etiam latet talis, tantaque auctoritatis munus ipſum Juris interpretatum fuiſſe, quia vt Celſus teſtatur, boni & æqui Sacerdotes Juris periti nuncupantur, ſiquidem Iudices, hos Eſiodus, merus autem in priſca ſæcula Neges appellarunt, inſigneque iuriſdictioni ſceptrum regulæ aureis diſtinctum, inſigne inquam tuendarum legum, & Iuſtitiæ populis adminiſtrandæ, propter quod Reges antiqui iuramento ſe adſtringebant, vt eſt apud omnium virtutum parentem in oratione Achillis aduerſus Agamennonem iure ipſis vendicatur. Quare Magnifici, & Clariſsimi Domini Dominicus Maurocenus Eques Prætor, & Andreas Maynerius Præfectus Patricij Veneti pro Illuſtriſſimo, & Sereniſſimo Ducali Dominio noſtro Venetorum &c. digniſſimi Rectores Veronæ, & eius Diſtrictus ſedentes ibidem pro Tribunali conſulentes publicis rebus, & vtilitati eiuſdem fæliciſſimi Dominij, & Cameræ ſuæ Phiſcalis Veronæ, ac procurantes electionem optimi Aduocati Phiſcalis loco Excellentiſſimi I. V. Conſulti D. Io. Franciſci Lauezolæ eodem officio fungentis nuper defuncti, animaduertenteſque Prouinciam ipſam exigere, Virum legalem ſumma equitate, & iuſtitia præditum, ac fidelem erga ipſum Ducalem Dominium noſtrum, nec non circumſpecti Conſilij, & integræ probitatis præhabitoque colloquio pluries inter ſuas magnificentias ſuper huiuſmodi negotio, & perſpectis recta vita, laudabilibuſque moribus, & legalibus virtutum dotibus ſolertiſſimi vtrius legis Doctoris D. Scipionis de Fontanellis, qui ſemper mira diligentia ſingulari ſapientia, exploratoque iudicio adeò in cauſis ſibi commiſſis ſe geſſit, vt omnium votis ſatisfaciens meritis laudibus perpetuò ſit efferendus. Omni meliori modo vnanimiter, & concorditer eundem Spectab. Dominum Scipionem abſentem tanquam præſentem elegerunt, creauerunt, et deputauerunt in Aduocatum, et pro Aduocato Cameræ Phiſcalis Veronæ prædictæ, dum ibidem adeſſet Magnificus, & Generoſus D. Leonardus Contareno digniſſimus Camerarius Veronæ cum auctoritate, dignitate, emolumentis, ac ſalarijs ſolitis, & conſuetis, prout, & quemadmodum percipiebat, & fruebatur præfatus q. Spectab. D. Io. Franciſcus, & prædeceſſores ſui.

Delegantes inſuper eidem D. Scipioni omnes cauſas ipſius Cameræ &c.

Ego Iacobus f. D. Simeonis Madij de Caſtaneis Not. &c.

Locus ✠ Sigilli S. M.

Locus ✠ Sigil. Tabel.

Patrios

Patrios etiam Magiſtratus non ſemel honorificentiſſimè iterauit, & præcipuè cum Duumuiratum geſſiſſet anno 1510. qua dignitate libros duos perlegimus Ciuitatis prouentuum in Archiuio hucuſque aſſeruatos.

Hic ex Blanca Verzeria Nob. familia à Iacobo noſtro Iureconſulto è Bergomo Veronam translata anno 1488. & à Philippo, & Aurelio itidem Collegij noſtri omnibus Patrijs dignitatibus functis admodum elata plures filios procreauit; inter quos Lauram Vtino ortam Iulij à Puteo patris mei Genitoris ex Collegio Medicorum Vxorem, & Marcum Antonium, qui paternæ virtutis fama concitatus, & Iuriſprudentiæ operam nauatus inter Collegiatos peraratus eſt.

Patrios honores, & ipſe honorificentiſſimè geſſit, bis enim cum Vrbana Prætura fuiſſet potitus, hæc ſuper Mercatorum Ædibus monimenta leguntur.

Marcus Antonius Fontana I. C.
Scipionis I. C. Filius Prætor
Anno M. D. X X C I X.

Et alibi ſub alio ſtemmate.

M. Antonio Fontana Jur. Conſ.
Prætore Vrbano II.
M D X C V I.

Præfuit quoque ex publico decreto Iudęis cum ab Chriſtianorum habitaculis ſegregati fuere, ideoque ſuper eorum Receptaculi poſtibus, eius Gentilitium nomenque ſuſpicimus.

Ad Duumuiratum etiam ſexto acceſſit, quamquam præmaturè ereptus fuerit.

Huius Nepotum linea, Candido Canonico Regulari Sancti Georgij ab Alga, diem functo, extincta eſt, & bona inter Collaterales ſuperſtites fideicommiſſario iure diuiſa.

ALLEGRIVS CARTERIVS.



NObiliſſimis Parentibus ortus. Carteriorum alumnus ex Patre Familiæ, Allegriorum autem ex matre, cuius à cognomento Allegrius vocatus eſt, vtrum nobilitate floruerit adgnationis antiquitas demonſtrat, non tantum opitulantibus veteribus monimentis, tum in Diui Thomæ Carmelitarum, cum in Diui Leonardi extra, & Concilio Ezzelini anni 1279. quò bonus Catterius Arterij dignitate memoratur, verùm cognationis ſplendore, ab Equitibus Senatus, Hieroſolymitanis, Nogarolarum Arcis Comitibus, & Sereniſſimæ Reipublicæ Cataphractorum ductoribus emicante reddacto, quorum ſupereſt Ioan. Baptiſta Co. in præcipuis ditionis Vrbis iam militum Gubernator.

An verò virtute, & ex hac dignitatibus claruerit, hoc tantum indicat teſtimonium, legum nempè peritiam, apud etiam exteros adeò prolatatam fuiſſe, vt à Ianuenſi Republica, in Auditorem Rotæ vocatus, & eius Ciuitatis Prætura functus fuerit.

Patricijs etiam Magiſtratibus fuit inſignitus, librumquè adhuc legimus anni 1555. Dum Duumuiratum gereret: In Archiuio Ciuitatis Prouentuum, hucuſquè aſſeruatum.

Fuerat, & anterioribus annis 1545. Venetias Legatus pro arduis Ciuitatis negotijs, qua legatione, quantum Patriæ fauoris cum Cooratoribus reportauerit, ex Statutis depromitur.

Huius pronepotum linea partim reſtincta eſt, Aloyſio diem functo D. Marci Equite, & Philarmonicorum Academiæ Patre.

NICO-

NICOLAVS DE ORMANETIS EPISCOPVS PATAVINVS.



EX Prato Florentinæ diœceſis Nobiliſſimo oppido, Ormanetam gentem originem traxiſſe, in D. Mariæ in Clauica, honorifica teſtantur Sarcophaga, quibus ſpectatiſſimi Proceres Auogarius Eques, & Conta Ormaneti clauduntur his literis.

Sep. Nob. Militis D. Auogarij
De Ormanetis de Prato. Qui obijt
V. Decembris M. CCC. XCVI.

Altero verò, hæ ſunt inſculptæ.

Hic iacet Nob. Vir Conta de Ormanetis
De Prato. Qui obijt M. CCC. XL.
Die XXIII. Menſis Martij.

Auogarius in eodem Fano lararium, & annua peropulenta penſione dotauit, qua facilè, eius, & gentis diuitiæ argumentari queunt.

P 3 Huius

Huius gentis natalibus, virtutem comparauit, Nicolaus. Illuſtribus quandoquidem hiſce propagatus parentibus, gentem Iuris peritia reddidit inclitiorem, qui ad ſummos honores eam extullere, ad Præturam Vrbanam ſcilicet nec ad Duumuiratum ſecus, inter quos Princeps Patriæ procer, vixit Franciſcus ex primis Conſiliarijs, cum Conſilium ad quinquaginta ex Decreto propoſito, per ſupradictum Iacobum de Fabris Iureconſultum redactum fuiſſet.

Ex Nicolao filio Calderianorum Balneorum Præſide, hic alterum Franciſcum Nepotem ſuſcepit, cui Paula Leonardi Biuilaquæ Comitis filia nupſit, ex quà itidem Nicolaus ortus eſt, qui poſt lauream adeptam à noſtratum cætù 1540. poſtque patrios, quoſdam Magiſtratus pergeſtos, quibus tùm in cauſis dicendis, tum conſulendis virtutem ſibi magni nominis comparauit, Archipresbyter Bodoloni eſt declaratus; Romamque exin conceſſus propriæ virtutis redolitum adeo exhibuit, vt à Pio Quinto maxumæ integritatis Summo Paſtore, Epiſcopus Patauinus creari meruerit, & eius opera in arduis negotiationibus vti, quemadmodum Epiſcopus Seta, dum de Friderici Biuilaquæ Comitis, & Magdalenæ Conſolati Brenzonij genitæ filijs loquitur hiſce teſtatur *fol.* 241.

Paola figliola del medeſimo, fù maritata à Franceſco Ormaneto, & generò Nicolò Ormaneto Veſcouo di Padoa huomo d'incomparabil prudenza, & di ſingolar Dottrina, amatiſſimo da Pio Quinto Sommo Ponteſice, il qual li diè quella dignità, & mandollò anco Nuncio in Hiſpagna.

Verùm dum ad legationem properaret morbo arreptus fato ceſſit, quod niſi contigiſſet dubio amoto ad Sacram Purpuram elatum ab eodem Pontifice vidiſſemus, vti virtutum, & Pontificis amoris comprobat fama.

Inter eius ex fratre pronepotes Gaſpar vixit, qui exilio datus, & Sabaudiæ Ducis exercitui adſociatus, eo militaris diſciplinæ, & peritum, & audacem ſe patefecit; vt opitulante Alexandro Marchione de Monte Veronenſi eius Principis, Commiſſario Generali, Pedeſtris Militiæ centurio deſignari meruerit, verùm eo perempto reſtinctam tantam vidimus gentem.

CHRISTOPHORVS CARTVLARIVS.



Gens de Cartularijs, Mutinæ olim illuſtris Taruiſio primum, Vincentia exin oriunda Andream genuit Veronenſi Ciuilitate donatum, qui ex Gaſparino filio, Bartholomæum nepotem ſuſcepit. Hic cum Patauij Canonicis Iuribus incumberet, eius Vrbis Ciuis delectus eſt 1423. penultimo Iulij, Andrea Iuſtiniano, & Vitale Emiliano Præſidibus, ibique, & Bononiæ diuerſis temporibus Decretalium antiſtes declaratus eſt. Sacris initiatus, præter delubros multos, quibus exemplariter præfuit, ſicque præter Archipresbyteratum Inſulæ Scalarum, Canonicus, & Archipresbyter Brixiæ deligitur anno 1430. ſicuti poſtea anno 1433. Petri Emiliani Vincentini Epiſcopi Vicarius Generalis, & 36. Marci Epiſcopi Targeſtini, quo tempore, & Canonicus Vincentiæ iterumque Proantiſtes Franciſci Maripetri, & tandem à Nicolao Papa Quinto, Cathedralis noſtræ Eccleſiæ Canonicus conſtituitur.

A non paucis etiam Cardinalibus, proſequutus fuit maximo amore, eum idcircò commenſalem, familiarem, ac priuilegiorum participem crearunt Antonius Cardinalis Oſtienſis, Ioannes Cardinalis Preneſtinus, Petrus Cardinalis Bembus, & Cardinalis Portuenſis Epiſcopus noſter, cuius etiam fuit Vicarius Generalis; Eugenij IV. & Nicolai V. Accolitatus, quemadmodum Apoſto-

licæ

licæ Abreuiaturæ muneribus cohoneſtatur. Creauit etiam eum Fridericus Imp. Palatinum Comitem, & aquila Galeam inſigniuit, ſicuti hanc familiam hodie eam geſtare conſpicimus, quibus virtute quæſitis fato ceſſit, anno 1468. poſt Diuo Michaeli Aram; in maiori Fano dicatam, atque dotatam, ſicuti alteram D. D. Stephano, & Laurentio: verùm ſuper D. Michaelis tantum literę heæ reperiuntur, clypeus verò ambabus eſt fixus.

Bartholomæus Cartularius Veronenſis iuris Pontificij Doctor
Canonicus huius Eccleſiæ pro ſalute ſua, hanc Michaeli Archangelo ædiculam erexit dotauitq;
ducentis annuis libris argenti Hermolao
Barbaro Pontifice
M. CCCC. LXV. Die XII. Iulij.

Ante altare verò ſuper monumento, ab Antonio hærede parato hæ præciſæ literæ leguntur.

Seque. Suque. Sque. Tegi
Factorum. Lege. Peracta.
Antonius. Tumulo. Vult.
Cartularius. Iſto.

Cartulariorum gens huius obitu perierat, quando Antonius de Fanzaghis, ſiuè de Fanzaleis hæreditario iure Cartularia bona cum cognomento, & clypeo pertulit antea etenim non ſupraſcripto vtebatur, verùm quò Veneti Patricij de Baſadona vtuntur adito tamen aureo ſcutulo in centro vermilia Turri inſignito, vti diuerſis Vrbis locis, & ſuper Mercatorum Prætorio, & in D. Anaſtaſiæ periſtylo videre eſt: vbi monumentum huic, & Cypriano, ſtemmatibus hiſce literis cernimus.

Egr. V. Andreæ de Cartularijs E. D. Lauræq;
Sp. Militis D. Zenobij, de Cyprianis
Iugalium, & Hæredum.
M. D. XVI.

Patri-

Patribus Bergomati oritur Antonius Cluſoni Incolis, hancquè memoriam reliquit Achilles Mucius Theatr. Bergom.

Franzagam memoranti, animo ſubiere Cluſoni
Marmora, quæ ingenium gentis, opeſquè notant.

Chriſtophorum idem filium, genuit I. V. D. qui cum patribus alienigenis exortus fuiſſet, Cætus noſtri cohibitis ſpeciminibus exigebatur, verùm præcipua Venetiarum regimina eius virtute vſi ſunt, dum in aſſeſſorem eum quæſitauerint, hinc igitur criminum Quçſtorem hinc Proprætorem Rauennæ, Bartholomæo Valareſſio Præſide 1484. Bergomi 1489. Bernardo Bembo Doct. & Eq. Prætore, aliarumque ditionis Vrbium perlegimus, ſicuti 87. Materni Vicarium.

Nepotem ex Nicolao filio Chriſtophorum noſtrum habuit Iuriſconſultorum percelebrem, qui 7. Maij Ciuilem, & 29. eiuſdem Menſis Canonicam lauream reportauit anno 1541. quo, cum antea repetitionem, vt inquiunt, peritiſſimè egiſſet, inter Collegiatos omnium votis exceptus eſt.

Maxima virtute fuit præditus vir, ita vt eadem foris quoquè prolatata his Ianuenſis Rotæ Auditor, & Prætor declaratur anno 1551. & decennio poſtea M. Antonius Maurocenus Bergomi Prætor deſignatus, eum enixis expoſtulationibus rogauit, vt ei pro aſſeſſore inſeruiret, quod munus (quamquam in præcipuos ditionis Viros tunc conferiretur) nihilominus difficillimè annuit, & Vicepræturam exercuit.

Duumuiratum multipliciter geſſit, Vrbanam etiam Præturam ſemel, cuius memoriam ſub maioris Aulę tabulato mercatorum Prætorij, hiſce ſtemmati obnoxia, ſuſpicimus.

CHRISTOPHORO CARTVLARIO V. I. C. M. D. XLVI.

Annis 1551. 59. 64. 65. 67. & amplius arduiſſimis de caufis, & præſertim ob conſulatus priuilegia, cum præcipuis compatritijs legatus fuit, quod munus honorificentiſſimè, & virtuoſiſſimè ſuſtinuit, deceſſit tandem corpus, non fama 1568. Illuſtribus relictis filijs de quibus infra.

RVF-

RVFFINVS A CAMPANEA EQ. ET ARCHIPRESB. VERONÆ.



SI quædam indigena (vt opinor) Veronæ propago, nobilitatis nitore corruſcat, Campaneam ex præcipuis ſupputandam eſſe putarem: antiquiſſimis quandoquidem Conſilijs Ezzelinianis quoque temporibus Naſcimbenus à Campanea inſeritur, cuius Gens dignitatibus, virtute, nobilitate, cognationibus, vtique ſemper floruit, cuius veritatis teſtimonium ſit præcipuum Mercatorum Statuta promulgata, Prætore Viro Nob. & Egregio Antheo Donato à Campanea.

Eandem propaginem extulit Bernardus inter Illuſtres Patriæ Medicos à Panuinio, Blondo, Chiocco, memoratus, quorum verbis addendum puto, vt Cane Galea à Scalidanis Principibus inſigniri meruerit, quo adhuc vſque pronepotes vtuntur.

Bernardi virtutem Vlinus Bartholomæi I. C. noſtri eximij filius non inuidet, cùm enim ſui temporis celebris fuiſſet Iureconſultus noſter, Patrios Magiſtratus laudabiliter geſſit, & Duumuiratum prępuè 1374.

Bartholomæus, & Ruffinus Patriæ veluti patres, ille 1320. hic 1324. maximo Conciuium mærore erepti ſunt, vt memorat Curt. lib. 10.

lib. 10. Quorum Gentilis alter Bartholomæus propriæ dexteritatis impolentantis, & Scalidis nuptijs experimentum exhibuit in Haſtiludijs concertando anno 1382.

Vixit, & alter Bartholomæus, quem à Sigiſmundo Imperatore anno 1433. Equitem creatum fuiſſe memorauimus.

Verùm ſi qui tantæ gentis priſcæ nobilitatis ſtimula patefecere non modicum tribus alijs Ruffinis tribuendum cenſui. Quorum primus Venetias miſſus eſt ad Ciuitatem Senatui dedēdam. Secundus Cypri Reginam publico voto intromiſit 1496. maximo pompę faſtu, quemadmodum Franciſcus 1501. in Vngheriæ Reginæ tranſitu. Tertius autem Duumuiratum 1509. vt tradit Curt.

His quartum iure ſuperaddendum cenſeo, inter Collegiatos 1541. computatus, qui morum ſuauis, negotiorum expertus, ſcientiarum peritus ab omnibus cultus, & admiratus eſt. In arduis, & difficillimæ cognitionis negotijs clientuli nedum, patriæ verum Conſilium, eius ope vſi ſunt, quandoquidem præter Duumuiratum annis 1559. & 66. honorificè functum præter Præturam Vrbanam anno 1543. glorioſè pergeſtam Venetias legatus eſt anno 1553. vt Marco Antonio Triuiſano Duci addicto congratularetur, qua legatione aureatus Eques eſt declaratus.

Verùm enim verò, cum ab incunabilis (vt inquiunt) religioſis moribus fuiſſet imbutus, illos vnquam deſeruit, at ſacris indutus veſtibus Veronæ Archipresbyter ſummus deligitur, qua dignitate qualiter vita auſteritate ducenda ſit, inuicibili exemplo docuit, quam cum dignouiſſet Antiſtes eius curæ Monialium Vicariatum commiſit, cuius muneris tempore Apoſtolicis legibus circa acceſſum ad ipſas fraus vnquam perpetrata comperitur.

Hoc innocenti vitæ curriculo à Summo Motore interiuncto omnium lacrimis in digniori delubro exequijs honorificentiſſimis à Camillo nepote dignitatis hærede, paratis, eſt humatus hoc Elogio.

Ruffino Campanea
Archipresbytero
Camillus ex Fratre Nepos
In Dignitate Succeſſor,
Et ſibi V. F.
M. D. LXXXVI.

Maiorum memoria Alexander refloruit Eques, & Cataphractorum Præfectus.

CAMIL-

CAMILLVS CAPELLA CO.



EX Santij Capellæ Portugalli Regis Gente noſtrates Capellas efluxiſſe, apud quoſcumque euolat fama; cuius rei veritatem eiuſdem Regis opitulatur corona nummis adhuc impreſſa, qua ſemper gentis clypeus inſignitus fuiſſe conſtat; ſuper antiquiſſimo quandoquidem tumuli apide in Diuæ Mariæ Scalarum Periſtylo galea Regia Corona inſignita videre eſt, quam tunc æui niſi maximi Principes geſtabant. Ceruumque rubrum in argentea planitie, quem pro gentilitio ſtemmate adhuc ſuperiori modo cælatum videmus ſuper Turribus Liſbonę hucuſque reperiri teſtantur Viri eius loci Epiſtolæ ad Com. Lutium ſuperſtitem inſcriptæ, & Thomas Coſtus Neapolitanus in annotationibus Pandulphi Colonucij hanc inter extinctas quinque Neapolitanorum ſubſelliorum ſupputat.

Hæc annis quingentis, & antea Veronæ ſemper inter præcipuas locata eſt, & Viris, pace belloque, claruit illuſtribus. Hinc inter priſciores ex quibuſdam Priuilegijs Vallis Pulicellæ Nicolaum Capellam legi referunt nuncupatum de Taruiſio (quo prius gentem ſe recepiſſe retur) Prætoris Veronenſis ſocium. Hinc Io. Galeatium Capellam Mediolani Ducis à Secretis, cuius Antropologia excuſſa videtur. Hinc verò inter cæteros recentiores, alterum Nicolaum ex Oratoribus Venetias ad ſe dedendum

miſſis

miſſis anno 1405. hinc Piramum anno 1422. Duumuiratum cum Bartholomęo de Peregrinis, qui legem rogauit, vt annuatim in feſto Diui Petri Martyris, Vrbis Patroni, vſque ad perfectionem ipſius Eccleſiæ, proceſſionaliter ab Comitijs fieret decem aureorum oblatio. Idque munus in ipſum collatum videmus, annis quoque 1423. & 25. Hinc demum Carolum pro Sereniſſima Republica Triremis Supracomitem, quem memorat Curte.

Hiſce, alijſque Clariſſimis prætermiſſis parentibus, propagatus Camillus: Collegio adſcribitur anno 1542. poſt quod temporis Orando eius virtutis nomen etiam foris prolatauit. Maiora etiam Patriæ munera in ipſum collata fuerunt, multoties, ideò Duumuirum, & Prętorem videmus Vrbanum, idque ſuper Mercatorum Ædibus ſub ſtemmate monimentum reperitur.

CAMILLO CAPELLA LEGVM DOCT. VIC.
M D X L I V,

Fuit etiam Venetias Orator, & pręcipuè anno 1559. quo cum maxima annonæ reperiretur caritas eiuſdem à Senatu alijs in Vrbium Comitatibus, emendę liberè impetrauit, vt Curte refert lib. 20. quo hęc de Camillo Doctore, & Oratore Clariſſimo ſubdit.

Queſto Eccellentiſſimo huomo hà veramente ſempre con ſingolar valore, e acutezza d'ingegno mirabile, ma più con intrepida maniera di attione, preſtato, & tuttauia preſta, alla ſua Patria ſegnalati ſeruitij, al quale principalmente come ad acerrimo defenſor della publica dignità, & delle giuriſdittioni della Città noſtra non è chi non conoſca douerſi eterno, & immortal' obligo.

Cum magni nominis eſſet Iureconſultus à Senatu Salleciolarum veteris Familię, Caſtri Comes cum poſteris creatus eſt, Aloyſio Mocenico Duce anno 1523. cuius diplomate hæc pręcipua verba præſertim leguntur.

Propterea animò repetentes Capellæ Familiæ in Verona Ciuitate nobiliſſimæ ſingulare ſtudium erga res noſtras egregiaque opera præſertim Nicolai Capellæ, qui eo tempore quo Verona in noſtram ditionem recepta eſt ab ea Ciuitate miſſus vna cum alijs Oratoribus ad Senatum, claues Patriæ ſuæ detulit, tanta animi alacritate, ac lætitia, vt facilè fuerit cognoſcere nihil illi fuiſſe Veneto nomine antiquius. Theobaldi verò Capellæ

inuictum animum, & propenſam in noſtram Rempublicam voluntatem ſemper ſumus amplexi, qui ab Vrbe occupata noſtris ab hoſtibus non modo ſpoliari fortunis miſerum non duxit, ſed à Patria expelli, atque exterminari, quod Patres noſtros ſequeretur etiam glorioſum putauit, qua fide optima, & ſpectatiſſima dum eſſet Brixiæ, è vita deceſſit &c.

Annibal Rochus huic opuſculum dicat: *Conſiderationum ſuper defectibus impedientibus admiſſionem ad noſtrum Collegium*. Fuit etiam à Ioanne Zancho I. C. Cepollæ Conſilijs donatus, quæ ipſe item Donato Salutello I. V. D. noſtro elargitus fuit, modo impreſſa, & à Salutello annotationibus adaucta legimus. Idque idem in nuncupatoria teſtatur, qua prçter cætera hçc de Camillo exarat.

Cætera autem reſponſa, quæ plura ſunt, & eandem doctrinam, ingenij lumen, veritatiſque ſpecimen, & maiora præſeferunt temporis iniuria in tenebris hucuſque tineis corrodenda iacuerunt, ſed tandem Dei Opt. Max. beneficio factum eſt, vt ad manus Peril'uſtris Comitis, & I. C. Clariſſimi Camilli Capellæ peruenerint, qui ea, qua propenſus eſt erga omnes humanitate, hæc diutius hominibus deberi non eſt paſſus, ac tantam iniuriam, tantamque iacturam Patriam hanc tanti Alumni, noſtrumque omnium communem parentem, iuriſque ſtudioſos omnes ſubire noluit, ac quamuis ea pro ſuis (vt aliqui faciunt facillimè edere potuiſſet, cum tamen ex aliorum laboribus ſibi famam parere, nec velit, nec opus habeat (cum præcipuè eruditione, iudicio, virtute, rerum omnium experientia perfecta, ſolidaque gloria vndique tum domi, tum foris reluceat, atque perfulgeat) illa ſub ipſius Cepollæ nomine quamprimum edenda, ac imprimenda curauit.

Fabrefecit Vir Clariſſimus eius elegantiſſimas çdes apud Sanctum Nicolaum, quarum intrinſecam partem cum abſens Reipublicç gratia reperiretur, Helena S. Sebaſtiana Vxor, quæ Caſtrum Turri præcipuè tulit pro dote, erexit, vt ſub eius effigie hç literç teſtantur.

Helena S. Sebaſtiana
Hanc Domus partem
Coniuge Excellentiſſ. abſente,
Teſtis ſit imago mea
F. F.
Anno Dñi. M. D, LXXXII.

Hiſce

Hiſce porrò in Ædibus elegantiſſima columna reperitur longitudinis circa pedes decem, petrę vulgariter dictę Serpentinæ; quæ fuit inuenta, iuxta Pontonum in flumine cum quadam petra literis certis notata, quibus Ægypti Regem eam Imperatori cum alijs donandam mittere apparebat. Ibique aliqua iactura remanſiſſe putatur, & ſuper ea Camilli imaginem ęneam erexere filij.

Gentilem hic habuit Alexandrum noſtrum itidem Iureconſultum anno 1549. inter Collegiatos exaratum Salleciolarum pariter Comitem, Oratorem præſtantiſſimum, Duumuiratu, ac Vrbana Prętura clarum, cuius monimentum ſuper Mercatorum Prętorio ita reparatum eſt.

ALEXANDER CAPELLA I. C. VIC.
M. D. L I I.

Annibal Rochus in memorati opuſculi initio ita de Alexandro memoriam facit, Dum de Collegiatis Iureconſultis loquitur.

Eccellentiam, & ſufficientiam eorum nouerunt Imperatores, qui antiquis temporibus Veronenſes Doctores in Conſiliarios habuerunt. Nouit Sereniſſimus Princeps noſter, & Clariſs. Rectores Suæ Serenitatis, qui in Regiminibus ſuis eorum opera vſi ſunt, & quotidiè vtuntur. (Recordor nunc de Multum Illuſtri Comite D. Alexandro Capella bonæ mem. auunculo meo, qui ob eius ineffabilem humanitatem, affabilitatem, ac excellentem Iuris peritiam ita Illuſtriſſimis Venetis carus, gratuſque fuit, vt vnuſquiſque eorum eum in Aſſeſſorem ambiret.)

Ita verò de eodem ſcribit Curte loco citato.

Di queſta honorata Famiglia non è molto, che paſsò à miglior vita Aleſſandro egli altresì Dottore, & Oratore molto eccellente, & chiaro.

Filium verò habuit Carolum Camillus, & ipſum Vrbana Prętura functum hoc marmore teſtante.

CAROLVS CAPELLA SALLECIOLARVM COMES CAMILLI I.C. ET VIRI CLARISS. F. PR. M. D X C.

Modo verò Gens exhauſta Virorum numero eſt, cum annis elapſis facto inopinato ex ea tres ſpecioſiſſimę Indolis adoleſcentes plumbo perierint. Clariſſima tamen eſt, & noſtratum cognatione, & alienigenarum, ac pręſertim Lodroni, Archi, Lietheſtain, Simonetarumque Comitum Illuſtris.

PETRVS

PETRVS SAIBANTVS.



EX Egna, priſco Tirolis oppido, Nicolaum Saibantum Veronam annis circum, ab hinc ducentum viginti, petijſſe ex Regeſti officio ſatis colligitur, eiuſquè loci maiori in Fano gentis, adhuc monumenta ſuperſunt.

Ex hoc multi præexcellentes literis belloquè Illuſtres efluxere Viri, quorum ſpectatiſſimus eſt Marcus Antonius, qui adeò pro Carolo Quinto Imperatore honorificis titulis ſtrenuè dimicauit, vt perpetuò aureati Equitatus monimento cohoneſtari promeruerit, Imperij Nobili cum poſteris declarato inſignie, & comprobata, & adaucta, & vt latius ex diplomate legitur diei 25. Iunij 1527. Humatus eſt cordatiſſimus Vir, in Æde Carmelitana Diui Thomæ hac Epigraphæ.

D. O. M.
M. Ant. Saibando Caroli
V. Imp. Eq. & Barth.
Iuliaria Par. Op. Scipio
Et Fælix F. Cur.

Vixit exin Petrus noſter Collegiatis adſcriptus anno 1545. 14. Decembris, qui adeò eloquentiam Iuris prudentiæ coniunxit, vt niſi eius vitæ curriculum præmatura falx intercidiſſet iure non gentis, nec cætus, nec Vrbis, at Italiæ illuſtrem dixiſſes, ſi eius virtutis partibus relictis, fides, allegationes etenim (neſcio quà de re) mè diebus elapſis conſpexiſſe profiteor materia nedum, at forma perelegantes, & impares. Non Magiſtratus ratione memorata valuit iterare: Præturam tamen Vrbanam glorioſiſſime geſſit, quà hæc ſubdelineata ſtemmati adhuc ſub maiori Mercatorum Prætorij laqueari ſuſpicimus.

PETRO SAIBANTO LEGVM DOCT. VIC.
ANNO M. D. L V.

A Petro Camillus non fuit diſſimilis Iureconſultus inter Collegiatos 1554. exaratus.

Floruere horum Nepotes, Hieronimus in Belgica militia Præfectus, & ſub Alberto Cardinali Archiduce Maioris Sergentis munere functus, vt ſub datum 16. Iunij 1598. cuius famam reuiuiſcit Otho, qui militiæ inferioribus ſupploſis gradibus ſub Georgio Baſta Co. & Tranſilvaniæ Gubernatore locum tenentis Prouinciam glorioſè ſuſtinuit, vt ex diplomate 24. Octobris 1605. ſicuti egregiam nauauit operam ſub Strenuis Centurionibus Hieronymo Patruo, & Equinonimo Nepote Lodroni Comitibus, ex fide 6. Ianuarij 1606. nec non ſub Marchione Alexandro Rodulpho mille Equitum Centurione 8. Iunij 1610. & tandem cum Franciſco Iulio Saxoniæ Duce inſeruiret Locumtenentis Generalis titulo condecoratur, vt ex procura liquet, quæ Viri honorem, & exiſtimationem, cum indicent ſubdere non eſt incongruum.

Rimettiamo in virtù di queſta procura ogni auttorità, & poter à negociar per Noi in queſte parti al noſtro Luogotenente Generale l'Illuſtriſſimo Signore Otto Saibandi Gentil'huomo di Verona, &c.

15. Febraro 1617.

Locus ✠ Sigilli

Franceſco Giulio Duca
di Saſſonia.

Ex his titulis, ex tanti Principis ore exantlatis Othonis facilè exiſtimationem induces. Patria repetita cum ſtrenuæ virtutis à Sereniſſima Republica dignoſceretur minantibus belli ęrumnis Martinenghi Fortilicij Gubernator declaratus eſt cuius militarem virtutem teſtatus fuit Campana.

Vixit, & huius gentis Gaudentius Frater Franciſcanus (vt inquiunt) à calopodijs memorati Germanici frater, qui in Generali Capitulo Toleti Sancti Sepulcri Hieroſolymitani Cuſtos, ſeù Guardianus declaratus fuit. Ioannem Paulum Principum, ſeruitute claruiſſe iam memorauimus, ita vt Ferdinandus Auſtrię Archidux honorificis Epiſtolis multa eius curæ commiſerit.

Superſunt inter alios Fælix Cathedralis Eccleſiæ Canonicus modo monialium ſecundo Vicarius, Andreas Eques aureatus, & Iulius eius frater, qui cęteris Magiſtratibus omiſſis, Vrbana glorioſe functus eſt Prętura anno . . . . Hicque ex Matrona Comitum de Nogarolis, Ioannem Baptiſtam ſuperſtitem ſuſcepit non tantū, at Albertum, qui ſub regimine Cerdoni Vexillū, & Co. Adami, Ordemon Equitum, Pręfecturam obtinuit, cumquè Ferdinandus II. Imperator Illuſtriſſimi, & generoſi militis titulo nuncupat, ſub datum 23. Decembris 1631. ſub Borſio, item Eſtenſi Mutinenſi Principe, & Imperatoris Centurione Præfecti titulo ſtrenuè dimicauit, vt fides eiuſdem eſt, diei 22. Iulij 1636. & Francfordiæ, poſt prolixum obſidium à Sueuis cum alijs Præfectis captiuatus eſt, & tandem pecunia liberatus, ad maioraquè properabat, niſi acerbè fuiſſet ereptus.

THO-

THOMAS BECELLVS EQ.



BEcellorum indigena Propago, annis ab hinc tercentum, ſpectandum Virum Bonapacem Lutetij filium progemauit, ex quo poſt longam Nepotum ſeriem Thomas noſter effluxit, alterius Thomæ Nepos, ac Pauli, & Dorotheæ memoratæ gentis Seruideæ genitus, qui non nimis adaugeſcentibus vitę primordijs, adeo politioribus literaturis ſe dedidit, vt ſtatim nedum Hetruſcum, nec non Latinum, verum Græcum ſtylum caluerit, eiſquè doctiſſimè ſcripſerit.

Patauij exin Iuriſprudentiæ laurea, omnium hiantibus gloriæ vocibus, candidatus, Statuto tempore Collegiatis adſcribitur anno 1546. Fori inde agitationibus datus, ciuiles, ac capitales cauſas, tum voce, cum calamo vniuerſali aplausù tutatus fuit, ea doctrina, vt alienigenæ quoque ad eius virtutis fructus illibandos cateruatim acceſſerint, quemadmodum ex eius doctiſſimis Conſilijs colligitur, quæ apud hęredes duabus ſeiunctis partibus reperiuntur.

Duumuiratum multoties dignè ſuſtinuit, ſicuti cæteros Magiſtratus, quibus maximum prudentiæ, & rerum maximæ experientiæ nomen ſibi comparauit, quibus cunctis intercedentibus 28. Decembris 1577. à Sebaſtiano Venerio Sereniſſimo Duce Aureatus Eques declaratus eſt.

Vrba-

Vrbanam etiam geſſit Prętura̅, qua hoc monimentum reliquit.

Thomas Becellus Doct. & Eq. Vic. Anno M. D. IX.

Aſpectù atquè ſeuerioris ſupercilij intuitu rigidus videbatur, ſed comitate, affabilitate, leporibuſque nulli ſe inter congerones ſecundum patefecit.

Poeticis ſæpius oblectamentis detinebatur, atque Pindari, & Lucretij ſententias ſemper repetebat, ideòquè neceſſitudine ſupra mediocri, cùm præcipuis Poeticę artis profeſſoribus coniunctus fuit, & præſertim Alberti Lauezolę, ac Hieronymi Fracaſtorij.

Deceſſit tandem omnium męrore collacrimatus vir anno 1579. ſeptuagenario maior, & funere perhonorifico eius obitum hæredes parentarunt in Diuę Anaſtaſiæ, quo priſco gentis tumulo conditus eſt.

Eius virtutis monimenta, nedum præfata conſilia M. S. verum hæroicum Poema excuſſum reliquit, quod (cum antiquiſſima gentis Latifundia Caſtri Romani, ſiuè, vt vulgo dicitur Coſtermani poſſideret) ita inſcripſit.

De laudibus Caſtri Romani, & Benaci.

Iſquè Dominico Bruſaſorzio Pictorię artis cultiſſimo Viro, occaſionem præbuit, vt ſuper Murariorum ædibus propè Pontem nuperum nuptias inter Baldum Montem, & Gardæ Lacum delineauerit.

Thomæ inuidioſam memoriam reuiuiſcere fecit literatiſſimus Vir Franciſcus Pona Eq Medicus, ac Imperialis Hiſtoriographus, hoc maximo volumine excudendo Elogio ſec. 3.

THO-

THOMAS BECELLVS
Pauli F.
Verè Veronenſi ingenio
Acerrimo ſilicet
S. C. Eximius Collegium decorauit patrium
Eruditione clarus præſigni
Vrbanis dignitatibus fulgens
Quarto Luumuir bis Orator ad Principem
Latinis, Hetruſcis, Græcis, Cumanis, Notus
SEBAST. VENERIO
D. V. C. E.
Dignitate ornatus equeſtri
Benacum Heroico cecinit metro
Obijt Anno M. D. LXXIX.
Veterrimo maiorum Sepulcro
Luculento funere
Tumulatus.

Reliquit ex Camilla Ioannis Scloppi Viri patrijs honoribus clariſſimi, vnica filia Ioannem Paulum genitum, non ſemel Præturа Vrbana functum; Eiuſquè ſorores Lucia Spuluerino de Spuluerinis de Honorijs, ac Lucretia Hieronymo Marchioni de Malaſpinis Vxores ab eo datæ ſunt.

PETRVS DE BIVILAQVIS DE LAZISIO EQ.



MEmorati faſtigij ſpectatiſſima Laziſienſium Biuilaquarum gens, nedum Collegij noſtri meritiſſimum alumnum Biuilaquam prædictum propagauit, verum antea ab anno 1436. Georgium tulit inter periciores ſui æui Iureconſultos connumeratum, ſicuti poſtea Petrum noſtrum, Patre Bartholomæo præclariſſimo Medicorum Collegij Viro, Matre Clara Hieronymi Turriani Genita, progemmatum.

Iuriſprudentia hic Patauij candidatus, Collegiatis iungitur anno 1548. ſtatimquè in eum minores Magiſtratus à Comitijs centuriatis in ipſum ſunt collati, atquè eius virtutis extra ditionis terminos nomine peruagato Genuæ, ad Biuilaquæ inſtar, Rotæ Auditor deligitur. Cuius iudicandi iuſtiſſimas Lances, Lucenſis Reſpublica cum dignouiſſet, ad idem munus eſt accitus, quod omnium itidem exercuit aplausû, & tandem eadem de cauſa Florentiam vocatus, quidquid hiſce Tribunalibus in peritiſſimo Iureconſulto expeti potuit adamuſim adimpleuiſſe compertum eſt, ita vt aureato equeſtri decore inſigniri promeruerit, quæ cuncta ex notulis, apud hæredes ſuperſtites depromuntur.

Patria repetita maiores Magiſtratus pergeſſit, atque id ſub

maiori

maiori Mercatorum Prætorij tecto Monumentum ſtemmati obnoxium delineatum reliquit.

Petro Biuilaqua Lazisio I. C. Prætori
M. D. L I.

Habuit poſt ſe gentilem, ac Collegij noſtri itidem meritiſſimum Octauium, anno 1582. inter Collegiatos exaratum, qui ſi diù ſuperuixiſſet ingentia virtutis pericula reliquiſſet.

Superſunt inter alios tantæ Proſapiæ Iulius Comes, qui præcipuis Venetorum Fortilicijs, ac Vrbibus militum Gubernator pro tempore præeſt, & Co. Claudius elapſo anno 1651. Prætura functus Vrbana.

IOAN-

IOANNES FRANCISCVS FRACASTORIVS EQ.



PRæclariſſimus etiam ſuo ſæculo fuit Ioannes Franciſcus I. C. ſpectatiſſimæ, ac omni æuo literatiſſimæ gentis Fracaſtoriç, indigenis, vt reor., natalibus ortæ, cuius graphici item peritiſſimi Viri præcipuè vixere Auentinus, ac Galuanus fratres. Auentinus Archiatrus præſtantiſſimus adeò fuit; vt à Scalanis Heris Protophiſici nedum, at Conſiliarij munus promeruerit. Valetudini propèmodum inſanabili, hunc Canem Franciſcum reſtituiſſe iam in Friderico Scaligero aſſeruimus, & Curte lib. 10. refert. Tumulatus eſt extra maius Oſtium D. Firmi Maioris, ſublimi marmoreo ſarcophago, hiſce inferius ſubadditis poſtea literis.

Sepultura Hæredum Magiſtri Auentini Fracaſtorij Phiſici.

Gualuanus autem fuit Iureconſultus noſter eximius, ab anno 1340. & nullæ arduç indaginis cauſæ, quæ ab ipſo, aut ſententia peremptæ, aut cônſilio agitatç non fuerint. Sicuti ex Annalibus Reu. Canonic. colligimus.

Ex his Illuſtria permulta efluxere germina, quorum Io. Philippus, inter præcipuos Vrbis Dynaſtes, quandocunque memoratus fuit, Eques præſtantiſſimus, ac inter Oratores Venetias ad ſe dedendum legatus anno 1405. cuius nepotes anno 1510. ob fidem enixam erga Sereniſſimam Rempublicam cum Bolderijs à Ripa de Brayda, Guidotijs Baiolotis de Muronouo, Brenzonijs Rodeghis, Cluſonis Spoluerinis, & alijs multis Congiarijs, & ſtype honorifica ab illa donati ſunt, vt Curt. lib. 17.

At hæc nulla, paucauè ſi Hieronymi virtuti comparemus, quem cum luculento Pola cohoneſtauerit elogio illud ita initiauit.

Detrahe Veronenſibus Hieronymum Fracaſtorium,
Aut nulla, aut non tàm clara Verona erit.

Apud cunctos Europæ Principes maxime exiſtimationis fuit, quorum nonnulli nō modicis ſponſionibus ad eorum aulam, quamquam incaſſum, laceſſiuerunt, aliam enim quam literarum ſpernebat neceſſitudinem.

De tanto Viro ſcripſere Pola idem, & Chiochus elogia eiuſdem geſta adamuſſim exarantia, hæc verò ſcripſit Panuinius.

HIERONYMVS FRACASTORIVS
Pauli Philippi F.

Bonarum artium, & omnis doctrinæ, Vrbiſque noſtræ ſplendiſſimum lumen noſtro ſæculo fuit, Hieronymus Fracaſtorius nobiliſs. Ciuis, Philoſophus, Medicus, & Poeta omnium, qui poſt Cæſaris Auguſti tempora vnquam toto terrarum Orbe omnium conſenſu fuerint procul dubio maximus. Hinc multa elegantiſſimè acuratiſſimèque conſcripſit, in quibus Principem locum ſiphilis, idest libri tres; quos de morbo gallico heroicis verſibus ad Petrum Bembum diuinè edidit, tenent. Quibus nihil diuinius, aut elaboratius, nè à Virgilio quidem ipſo fieri potuiße exiſtimo. Edidit præterea Comædia, cui titulus Ioſeph. Homocentrica, & de cauſis criticorum dierum, per ea, quæ in nobis ſunt. De ſympathia, & antipathia lib. 1. De contagione, & contagioſis morbis, eorumque curatione lib. III. Alcon, ſiue de cura Canum venaticorum carmine.

Obijt Eximius Vir ſuperioribus annis Veronæ repentino morbo, non ſine maxima literarum iactura, oppreſſus, cui ex S. C.

ſtatua

ſtatua in foro, cum reliquis Illuſtribus Veronenſibus erecta eſt eius imagine ad viuum expreſſa, cum hoc, quod ego edidi Elogio.

Hier. Fracaſtorio
Pauli Philippi F.
Ex publica auctoritate
Anno M. D L I X.

Veronenſes quippe virtute claros, tunc magnifaciebant, ſicuti etiam Vitruij, Valerij, Catulli, Æmilij Macri, & Cornelij Nepotis oſtendunt ſimulachra. Eia igitur Verona priſcum decus imitare; & cum collapſæ domus proſpectum in Foro Nobilium erigere iam captum, & Principis munificentia permiſſum ſit, Cornelio Celſo, & Macrobio marmora dica, quos Verona ortos fuiſſe probauit Pola monitione excuſſa in opuſc. Nouarin. tom. 3. epiſ. 171. necnon Vrbis recentioribus ſyderibus Onuphrio Panuinio antiquitatum helluoni, ac Iulio Cæſari Scaligero noſtro conciui, vt probant Tintus, Chiochus, Pola, Franciſcus Schetus Antuerpienſis I. C. Senator, & alij: Quidquid malignè, improbi quidam in contrarium oblatrauerint. Sed vt ad Hieronymum regrediar Io. Baptiſta Ramnuſius literatiſſimus Vir apud Pontem S. Benedicti Patauij in Ianuæ veteris Vrbis teſtudine, eius, & Naugerij imaginem ęneam quoque fixit.

Alij pręclariſſimi vixere tantę propaginis meritiſſimi Alumni, qui gentili quoque pietate, cum eſſent ditiſſimi, ſacrarium Sancti Firmi maioris, & alia fabrefieri adindere; ſuper quo hæc leguntur.

D. FRACASTORO DE FRACASTORIS
FIERI F.
M. D. X X V I I I.

Horum tamen prętereundus non eſt Auentinus alter, Eques pręſtantiſſimus altiſſimo Sarcophago in eodem delubro collocatus, ex cui obnoxio hoc Elogio, eius acta facilè colligas.

Auentino Fracaſtorio Equiti. Scip. F. qui dum ſub Pont. Max. & Caſ. alijſque Jtaliæ Principibus, ac demum ſub Sen. Ven. præclarè ordinem duxiſſet, egregiamque nauaſſet operam, ita carus omnibus fuit carus Patriæ, vt moriens memoriam reliquerit immort. Ob. Kal. Iulij M. D. L I I I I.

Hac Gente propagatur Io. Franciſcus; hac parentum virtutum fama ſtimulatur, quam cum ſequi rapido cuperet curriculo Patauio poſt breuia, & enixa ſtudia, Iuriſprudentię ſtemmatibus omnium votis cohoneſtatur. Ad patriam repetitus lingua, & calamo capitales, & ciuiles cauſas facundiſſimè deffenſitare cępit, itaut inter eloquentiores ſui temporis eum meritò fama locet. Ex quibuſdam relictis Conſilijs, quę ego vidi, eius virtus facilè inducitur. Virtutis tamen publica haud monumenta reliquit, non quia lucem non meruerint, ſed quia inſitę maluit obtemperare modeſtię, quę cuncta cum dignouiſſent Comitię in ipſius manus prçclariora munera contulere; hinc igitur legatus miſſus eſt, & ob res prçclarè geſtas Eques creatus; hinc Duumuir; hinc etiam Vrbanus Prętor addictus eſt; cuius memoriam ſub minoris Aulę Mercatorum tecto, ſtemmati adiacentem hocce perlegimus.

IO. FRANCISCO FRACASTORIO I. V. D. ET EQ.
PRÆTORE
ANNO M. D. L I.

Res maximi ponderis alias pertractauit innumeras, aliaque eius pollicebatur inacceſſibilis virtus, ſi inter ſuperſtites aliquandiù remanſiſſet.

Patrum memoria gentiles floruere Alexander, & Mandricardus ille Eques Hieroſolymitanus, ac meritiſſimus Commendatarius, hic Cathedralis Canonicus, qui multa fabrefecit in D. Helenæ Templo, & alibi beneficia contulit quamplurima, vt ex clypeis & literis apparet, ibique humatus extat, cum alijs quatuor gentilibus dignitate eandem cohoneſtatis.

LELIVS DE ZANCHIS EQ. EPISCOPVS RYTHIMÆ.



Bergomatas inter digniores proceres, illos de Zanchis iure computamus, dignitatibus namque Illuſtribus, cognationibus opulentiſſimiſque opibus, adhuc vſquè clareſcunt, quod multæ Venetæ ditionis Vrbes agnouerunt, dum huius Familiæ præſtantiſſimum virum Hieroſolymitanum Equitem pro Gubernatore habuerunt.

Hæc quomodo originem, & vbi ſumpſerit, memorat hiſce Achilles Mucius.

Huc ò ſicelides, vos & miſiſtis Achai
Semina Zanchea, reliquiaſque Domus
Qui peſte, & bello patrijs de ſedibus acti
Progenie implerunt oppida multa ſua.
Hactenus in Clypeis antiqui mœnia caſtri
Oſtentant animo, perpetuàtque decus,
Hinc quoque non procul eſt ſublimi in vertice montis
Arx, quam Zanchai conſtituere ſenes.

Ex Bergomo noſtratem Zancham Familiam efluxiſſe vetera monumenta demonſtrant, præſertim dum Collegium expoſtulauerit Lelius, qui cum forenſibus Atauis fuiſſet exortus cum ſuplicatione acceptus eſt.

Hæc gens Veronæ literis apprimè claruit. Curtius quandoquidem Alexandrum Medicum, Phiſicum memorat Aſtrologum, Phiſonomicum, Geomanticum, Chiromanticum, & Poetam Excellentiſſimum, qui cum anno 1546. obijſſet, laurea corola condecoratus fuit, & inter Illuſtres Medicos à Chiocho eſt computatus.

Fratrem habuit Ioannem in vtroque Iure licentiatum, qui cum forenſibus (vt annui) Patribus eſſet propagatus à Collegij legibus exigebatur, magni nominis tamen peritus extitit, & cum Illuſtribus eximia virtute eius temporis viris maxima neceſſitudine coniunctus, Madrucioque præſertim Chriſtophoro Cardinali Tridentino, & alijs.

Scripſit de duello multaſque Cæpollæ compoſitiones coagulauit, quibus Camillum Capellam Iuriſconſultum noſtrum donauit: tandem à Donato Salutello itidem noſtro Iureconſulto æditas, & ampliſſimo, grauiſſimoque clariſſimorum D D. Iureconſultorum Collegio, Magnificæ, Inclitęque Ciuitatis Veronæ dicatas.

Floruit etiam Io. Baptiſta maximè exiſtimationis Vir, qui conditus eſt retro Aram D. Auguſtini in D. Euphemiæ Baſilica Marmoreo elegantiſſimo in Sarcophago.

Tanta parentum virtute Lelius imbutus, Pontificiaque, & Ciuili laurea glorioſè ſuſcepta, omnium voto Collegio cohoneſtatus eſt, noſtro anno 1551. & cum Conciuibus virtutem patefeciſſet patrijs muneribus, Vrbanaque præſertim Prætura potitus eſt, cuius memoriam hanc ſub ſtemmate legimus.

Lelius Zanchus. J. V. D. & Eq.
Præturam hanc geſſit
Anno M. D. LII.

Quo munere cum fungeretur, gradus, fulcra domus ipſius ſuffulcientes fabrefecit.

Fuerat, & eius virtus à Principe Sereniſſimo dignota, cum ob eius

eius merita aureatus Eques adſcitus fuiſſet, at innumeras alias dignitates ſpreuit, totus enim eius labor circa ſtudium verſabatur, cuius rei teſtimonium volumina de Priuilegijs Eccleſiæ, & Dialogus inter militem ſacrum, & militem ſecularem Sixto V. dicata, quæ adeò Summus Pontifex magnifecit, vt eum Rithymæ Adriatici Sinus Ciuitatis Epiſcopum addixerit, aliaque in ipſum conferre decora ſtatuerat; verùm dum ad Sedem Epiſcopalem nauigaret, morbo arreptus, omnium dolore, fato ceſſit.

Huius nepotum honores marmoreum Sarcophagum, ſuper minori Carmelitarum delubri poſte indicat, præſertim Zanchio gentilitio duorum draconum mediō Crucem ſuper dorſo geſtantium ab Imperatore Comitatus, & Equitatus adeptæ dignitatis teſtimonium.

PIVS TVRCVS EQ.



Binas Ferrariæ, & Veronæ præcipuas Turcorum gentes comperio, quæ vtrum ſtypite ex vno originem duxerint, adhuc haud colligere valui, coniecturis tamen, & præſertim quoniam inter ſe maxima neceſſitudine coniunctę, ijſdemque fermè nominibus vſę ſunt, vnam radicitus fuiſſe putauerim.

Ferrarienſis Iuriſdictionibus, cognationibus, titulis, etiam Marchionatus adhuc vſquè clareſcit. Noſtratis, nec ſecus, nobilium progenierum coniunctione, dignitatibus, opibuſquè ſummopere reperitur illuſtris, cuius veteres proceres, qui publicis officijs ſemper cohoneſtati fuere, prætermittere malo, cum omnibus hanc ſemper literis armiſquè apprimè polluiſſe innoteſcat; omittam idcirco maximi experimenti Virum Ludouicum, qui à Cæſareis ob nimiam erga Venetum nomen dilectionem, Ripam, cum vigintiquinque alijs Nobilibus obſes relegatus eſt anno 1510.

Nec ſubdam Ioannem ſtrenuiſſimum Venetorum Præfectum, qui cum ſocijs ſub Manzano, in diluculo hoſtes adorſus quingentos Coruatorum, Boemorum, & Germanorum interemit reliquo exercitus Goriciam fugato, & centum quinquaginta captiuatis, cum Chriſtophoro Poſtuler Liburno Cremonenſium Præfecto.

Cæteros etiam eiuſdem diſciplinæ excellentes ſilebo, ſicuti Alexan-

Alexandrum quorum viuiſſimum ſpeculum ſuperſtites ſunt Franciſcus, & Marcus Antonius fratres Leonardi Equitis filij, ille Venetorum, hic exterorum Principum Cataphractorum Ductor, & Leonardus, cui à Franciſco Patre Præfectura renunciata, & in Cretenſi expeditione contrà Turcas miſſus, nedum cum exercitu toto verum ſingulari certamine hoſte deuicto ſtrenuè concertauit, cuius virtutem præcognoſcente Senatu, commitatus titulo donatus eſt, maioriſquè gloriæ, ſpe alebantur compatricij, cum ob domeſticas fortunæ agitationes Alexandro fratre perempto, à Parentibus ad Patriam reuocatus eſt, eiquè nupſit Nobiliſſima mulier ex Comitibus de Seratico.

Hos tamen, vt annui, ſub ſilentio locabo, quemadmodum priſcos Collegij noſtri Iureconſultos Thomæum veluti, qui anno 1469. vt Nicolao Trono Duci congratularetur, Venetias Legatus acceſſit, & Nicolao Marcello 1473. cuius virtutem æmulatus eſt, Marcus Antonius, Collegiatis adſociatus 1434. omnium virtutum genere clariſſimus.

Hijs Parentibus, Pius ortus poſt Collegialem dignitatem adeptam, profundæ virtutis ſpecimen patefecit, cuius nomen cum apud Venetos perueniſſet Phiſi Patronus conſtitutus eſt, & tandem ob merita Eques adſcitus.

In patrocinandis etiam priuatorum cauſis à nullo ſui temporis æquatus extitit, quemadmodum in conſulendis ideoquè, & alienigenæ ad ipſum confugerunt, vt legalia reſponſa reportarent, idquè Ciuitas præſertim dignouit cum in eius curam digniſſima munera contulerit.

Duumuiratus præſertim annis 1567. 69. 71. 74. 76. 79. 84. & Vrbanam Præturam anno 1561. qua dignitate ſecundum Mercatorum Domus oſtium fabrefieri iuſſit, ſuper quo, & gentilitium eius videmus, & hoc monumentum legimus, quod ſui non tantum verum familię decus indicat, & ſplendorem.

Pius Turcus Jur. Conſ. ab Anno M. CCC.
Citra ex Turca Familia Decimus
Vrbanus Prætor M. D. LXI.

Fabrefecit Vir Clariſſimus, cum ditiſſimus eſſet, propriam Domum, in regione Sanctorum Coſmæ, & Damiani, quam ſi perfeciſſet

ciſſet elegantem dubio procul, & maximo diſpendio, & pompæ faſtu erectam videremus, cui diuerſis locis hæc exciſa perlegimus.

EX TVRCA FAMILIA PIVS.

Fuit etiam in cauſis Laicalibus Epiſcopatus Vicarius, omni Iuriſdictione, & Imperio.

Vixit & huius æuo Bartholomæus Eques huius gentis noſter Iureperitus, qui quinquies Duumuiratum plaudente populo geſſit, ſicuti Præturam Vrbanam qua oſtium Mercatorum Domus Pij exemplo ſuper gradus eleganti, quam videmus forma decorauit hiſce ſuper ipſo incisis.

BARTHOLOMÆVS TVRCVS P. M. D. LXIX.

ALE-

ALEXANDER DE LISCA CO. ET EQ.



SPectatiſſimas inter Familias meritò Liſcam, ſiuè Liſchiam gentem ſimbolum ſuum conferre Frater Mathæus Tortus ex Soc. Ieſu teſtatur in Familia de Liſca Ver. Elogio, cuius ſubſequentia verba hæc leguntur.

Extulit illa Florentiæ præclarum nobilitatis decus, ex eodem ſtipite ex quòd Aldigheria, ſiue Alligera. Communem vtraque parentem gemino in fratre ſui Principe nominis hac in Aldigherio illa in Liſco agnouit Caciaguidam rectà progenitum ab Eliſæo Frangipane, qui Florentiam paulò ante à Carolo Magno, ſeu conditam, ſeu inſtauratam alma ex Vrbe tranſtulit domicilium, vti affirmat Leonardus Aretinus in ſuo de Illuſtribus Florentiæ Familijs commentario.

Id etiam hiſce annuit recordantes Malaſpina Hiſt. Florent. cap. 29.

Vberto tolſe per moglie vna Gentildonna di Roma Sirocchia d'vn nobil Gentile Cittadino di Roma, il quale hauea nome Eliſone, di cui ſchiatta ſi dice ſono per l'innanzi gli Abſei di Firenze, i quali per antico diſceſono degli Infrangipani di Roma, & queſto ſopradetto Eliſone fue vno di ſette compagni d'Uberto, & con lui venne nella detta Ceſaria.

Frangipanos autem cum ex Auijs progemmatos fuiſſe ſatis com-

pertum ſit Corius, vna cum Soréſinis Eſtenſibus, & Trauerſarijs eorum Illuſtrem omittam originem.

His natalibus Ioannes Eques propagatus Simeonis filius Veronam conceſſit ijs de cauſis, quibus Aligeram conſanguineam aliaſquè exaratas Florentiæ familias profectas fuiſſe memorauimus, qui militari diſciplina excelluit, itaut Canem Magnum Fregnano naturali profligato Imperio, reſtituerit. Mathæo Villanio latè exarante *lib.3.cap.95.96.*

Conditus eſt ſtrenuus hic Vir Sanctæ Mariæ in Organis Cimiterio, marmorea nobiliſſima in Arca hiſce literis.

Sepulchrum Nobilis, & Egregij Militis
Domini Ioannis de Liſca
M. C C C X X I V.

Sub quibus huiuſce Gentis ſtemma cernitur inſculptum: virentem, nempe æſculum glandibus exoneratum à ſeptem concoloribus montibus ſuffulcitum, in alba planicie.

Arbor cognomenti originem indicat, Hiſchia quandoquidem ab Etruſcis nuncupatur, hinc inde Liſchia, hinc Liſca modico temporis interuallo in eodem familiæ Viro vocata eſt.

Montes cum ijs, qui almæ Vrbis mœnia circumcludunt æquinumeri ſunt, Romani ſanguinis originis argumentum, quod nedum ex dictis percipitur, verùm ex Bocatio in Dantis vita.

Ioannis temporibus vixit, & Franciſcus, qui, quanquam à Scriptoribus memoratus haud ſit, Scaligerorum tamen ſeruitute ſummopere claruit, adeò, vt cum Canis Magnus Frizolanæ Communitati vtilia diplomata permitteret eorundem cognitio, & finium regundorum cura his ciuibus data eſt, Inſtrum. 1328. 24. Iunij infraſcriptis verbis mihi per Equinonimum ſuperſtite exhibitis.

Committendo etiam Domino Baylardino de Nogarolis factori noſtro inſimul cum Domino Iacobo de Fauaris Doctore, Domino Iacobo del Verme Equite, Domino Franciſco de Liſca Nobili, & Domino Iacobo de Orbano omnibus Ciuibus Veronenſibus &c.

Gulielmum Ioannes genuit equeſtris decoris hęredem, qui virtutum Comite Duce, præcipuas copiarum dignitates obtinuit, mul-

multisque priuilegijs donatus eſt, Nobilique, & gentili potiſſimùm feudo Formighedi, Mezzanarum, Gauderij, Centagnani, & Domorum in Sancti Vitalis regione, & tandem ob merita Vercellarum Præfectus conſtitutus anno 1402.

Hic ex nobiliſſima Beccariæ Gentis vxore Papiæ, tunc Principis Sandrum ſuſcepit Equitem, itidem præſtantiſſimum, cuius, & Nepotum facta ſi memorare ſtatuerim, volumina potius atramento fas eſſet aſpergere. Taceam idcirco Ioannem alterum, qui in Valle Lagarina ſupremus copiarum Præfectus à Senatu deligitur anno 1412. ex quo alter Sander Eques oritur, qui ſicuti Marchionis Mantuæ ſocius meruit appellari, ita, & ab eo id tulit munus hiſce ab Equicola relatum, dum de Ioanne Franciſco primo Mantuę demarco memoriam agit, Com. Mant. lib. 3.

Fù liberaliſſimo, & teſtimonio ne ſono trà gli altri queſti, che nominaremo, à quali donò per dugento ſettantamilla ducati, Sander di Liſca &c.

Adamantem de Folinano nobiliſſimam Regienſem Beltrami filiam duxit, ex eaque tantùm fœmineam prolem ſuſcepit, quarum vnica Gonzagorum ſanguini, cæteræ dignioribus Mantuæ nupſere patricijs, Torti Elog.

Omittam etiam Sandrum, Leonardum, Ludouicum, & Ginulphum meritiſſimos Patriæ Decuriones, quorum in patriam amor cum ſatis locupletè à Scriptoribus indicetur, ipſiſmet calamum refero, ſicuti Eccleſiaſticas dignitates Eliſeo inſertas memoratas præcipuè in Bernardino, Bandino, Karolo Prothonotario Apoſtolico Cathedralis Archidiaconis Benedicto I. V. D. Archipresbytero Sancti Stephani, Daniele I. C. in dignitate ſucceſſoribus; quemadmodum in Ioan. Baptiſta Legum Doctore, Pœnitentiario, Prothonotario Apoſtolico, & Romę multis honoribus inſignito, Bernardino altero Archidiacono, & Aloyſio dignitatis coadiutore.

Danielis memorati monumentum in maiori delubro hac perlegitur Epigraphe.

Danieli Liſca Patricio Veron.
I. V. D.
Can. Archid. I I I I. Quaſi
Hæred. Donato Audit.
Et Proantiſt.
Patriæ Vigilantiſs.
In ſua munia præſtando
Peſte perempto.
Id. Julij M D C X X X.
Ætat. Ann. L X I V.
Fr. Med. & Nepot. Mæſt. P. In

Ex Ginulpho memorato, Patrijs honoribus omnibus claro, prodijt Alexander, qui monumentum in Diuæ Mariæ in Organis hoc Elogio Parenti reparauit.

Nob. Ginulpho de Liſca
D. Benedicti Filio
Parenti Optimo, & Præclaro,
Et Poſteris
Vixit Ann. L V I I I.
Obijt Anno M D L X I V.
Alexander Iureconſ.
Et Eques Poſuit
Anno Salutis M D X C I.

Omnibus non tantùm pollitioribus literis imbutus eſt, Alexander, Philoſophicis verum, & apprimè legalibus, quarum interceſſione Collegio eſt adſcriptus 1554. quod literis, & grauitate exornauit, qua de re à Luca Reſio Veneto Medico meruit Elogio cohoneſtari pereleganti.

Dignitates multas obtinuit, quarum primam Sablonetæ pro Gonzaghio Duce Prçturam, & Vicariatum Generalem in eiuſdem Lombardiæ principatu Mantuæ Iuſtitiæ Præfecturam, & Patriæ tandem Conſulatum, Duumuiratum, aliaſque dignitates.

Huius

Huius virtutem Sereniſſimus Princeps agnouit, dum eum aureatum Militem, & poſtea Formighedi Comitem declarauerit (omnia virtutis, natalium, & fidei monimenta.)

Ingenij etiam ſpecimina ſuperſtitibus reliquit, hiſce editis operibus.

VITA VESPASIANI GONZAGÆ SABLONETÆ DVCIS ETC.

Item aliud.

In Obitu Excellentiſs. Principis Zenobiæ Auriæ

Item *Gratiarum actio ad Sereniſſimum Leonardum Donatum Venetiarum Inclytum Ducem, & ad Ampliſſimum Venetiarum Senatum.*

Alia etiam compoſuit, præſertim tempore Reipublicæ interdicti, quæ cum perficere non potuiſſet comburi iuſſit; ſicuti preter veterum traditionem his annuit Tortus.

Edidit hic nonnulla cedro digna opuſcula, parauerat que alia, ſed imminente morte maluit exuri, quam exire in lucem haud omnibus perfecta numeris arbitratus.

Cùm tandem gloriæ apicem attingiſſet, precipuumquè virtutis ſubſellium ſcandiſſet, dum Venetijs publicis negocijs incumberet ad Cœleſtes volitauit anno 1570. & in Æde D. Mauritij iuxta Benedicti filij Sepulchrum humatus eſt hoc Epitaphio per Paulum de Merzarijs Medicinæ Doctorem compaginatum.

Liſca Decus Patriæ, Studijs, & ſtemmate clarum,
Hoc iacet in tumulo: Spiritus aſtra tenet,
Vt tibi ſint hæc certa magis, monumenta Viator,
Quæ Doctus ſcripſit Reſius, ipſe legas.

Huius eximij viri venuſtatem, & formam Lucas Reſius Medic. ſic circumſcribit.

Alexander Liſca Ginulphi Filius Nob. Veronenſis Comes Eques aureatus, & I. V. Conſultus corpore procero, & bene compacto; atque robuſto, grata facie fronte hilari, & lata, naſo aquilino cana, & graui barba, totus conſpicuus, & Venerabilis animo magno, ingenioque optimo fuit.

Alia ſubnectit, quæ cum eius virtutem indicent, quamuis omittere decreuerim, quin ſubaddere haud compeſcere valui.

Hic ab adoleſcentia Socratis, quem à cælo veram Philoſophiam deduxiſſe fatebatur, viam ingreſſus, veſtigia eius ſequens vſque ad decrepitam ætatem, nihil fecit, quod non dignum laude, nihil dixit, quod non dignum admiratione, nihil ſcripſit, quod non dignum memoria eſſe videretur: Grecis, & latinis optimis Scriptoribus operam dedit; Iſocratem, & M. Tullium Præceptores ſibi delegit, quorum iucunditatem in ſcribendo, & eloquentiam in dicendo effinxit. Tanta polluit memoria, vt celeberrimos Poetas, Comicos, & Hiſtoricos, inter quos Plautum, & Plinium doctiſſimum ſuæ gentis, & Patriæ lumen fulgentiſſimum. Ferè totum memoria tenuit, eiuſque non ſolùm floridò dicendi genere, ſed & Plautino ſermone vſus eſt &c.

Supereſt inter alios huius Æquinonimus Medicorum Collegij Decanus.

PETRVS

PETRVS FRANCISCVS DE BRAYDA EQ.



SIcuti Petri Franciſci proaui, nomen, ita virtutem hic honoreſquè reportauit, maiorum namque ſuperius quos memorauimus exemplo Collegio cohoneſtatus eſt 1562. & in tuendis cauſis, tum ſcribendo, tùm exarando maximi nominis famam, famæ maximæ nomen opeſquè ſibi comparauit ingentes, à Venetis quoque Senatoribus, dum Vrbibus præeſſent maximis eorum expoſtulationibus in Proprætorem vocatus eſt, quo munere per vniuerſam ditionem eius virtutis gloriam, & latius prolatauit cumque aliquando ab eodem officio ocij gratia deſiſteret, & patrios incoleret lares, in ipſum compatricij præcipuas patriæ dignitates conferre, haud deſinere.

Duumuiratus etiam dignitate functus eſt, quod & literarum peritiam abs re foret afferre, cum eiuſdem memoria ad hanc vſque tempeſtatem, apud omnes virtutis reboet cultores, verum quod Hiſtoriographi memorant intermittendum non cenſeo, ita enim de eo ſcribit Curtius.

A giorni noſtri hà reſa, & tuttauia rende molto chiara queſta Fami-

glia Pier Franceſco Cauagliere, & Giuriſconſulto, & Oratore Eccellentiſſimo.

Sic verò Setà Epiſcopus dum Biuilaquas homines ſupputat.

Giulia figliuola del Co. Giulio primo fù maritata à Gio. Paolo de Brà fratello di Pier Franceſco Cauagliere Giuriconſulto, & Oratore chiariſſimo, la quale dottata di pietà, & prudenza morì l'anno 1610. d'anni 48. ò poco meno.

Hæc cognatio iterum contracta eſt Matrimonio inter dinam eiuſdem Familiæ, & Equitem Eugenium de Brayda, cuius præter filium ſupereſt nepos Iacobus Auguſtini, & Iſabellæ Canoſſiæ Co. Matildis memoratæ fœminæ oriundæ genitus, qui Vrbana Prætura nedum functus eſt, verum modo cum patruo meo Benedicto Duumuiratum gerrit.

NICOLAVS DE COTTIIS.



QVantum Nobilitate, potentia, & auctoritate Romæ iam Cottia Familia floruerit ſatis Bernardum Bruſchum elegantiſſimo Elogio demonſtraſſe puto, qui Illuſtrium Romæ Senatorum acta, & præſertim Cottij Regis, qui ſuper Apennino Monte, duodecim Ciuitates erexit, ab eoquè Cottias Alpes nuncupari cæpiſſe locuplete comprobat.

Hæc voluentibus Mundi ærumnis, è ditione eiecta, Vincentiamquè tranſlata inter eius Ciuitatis præcipuas Illuſtriorum gentium cognatione, opibus, dignitatibuſquè admodum claruit: Scalidarum autem æuo Veronam conceſſit, vbi quantum exiſtimationis habuerit Bruſchio in Elogio continetur his verbis.

Ego verò parum multas gentes Veronæ reperio, quæ cum Familia Cottia varijs Italiæ Vrbibus honorificè propagata, inſignioribuſque Familijs multiplici affinitate deuincta, ſiue antiquitate, ſiue rerum geſtarum gloria comparari valeant.

Hanc veritatem dum de Vincentinis Familijs ſermonem habet Paiarinus his verbis opitulatur.

Cozza Familia antiquiſſima eſt; Claruit, & Nobilitate ſanguinis, opibus, & Nobilium affinitate, multi arbitrati ſunt eſſe eam Familiam, quam de Montebello fuiſſe dicunt; dixeruntquè nonnulli eam ex Verona

na

na originem habuiſſe rei quippe veritas habet ipſam Vincentinam eſſe, cui opinioni adhæreo; reperio enim &c.

Nec immeritò hanc nuncupatam fuiſſe de Montebello nonnullos autumaſſe refert, immenſas enim opes eo cum poſſediſſet loci, Iuriſdictionem vtiquè, Cottia de Montebello, per longum tempus appellata eſt.

Adminiculatur ex oppidi communitatis ſtemmate, quæ eodem huius Familiæ vtitur, idquè ab Familia accepiſſe non exitio, cum Montes Mœnia ſuſulcientes priſci Cottiarum alpium Ciuitatum Dominij, cum Bruſchio argumento eſſe crediderim.

Neque itaq; ex Verona originem habuiſſe iniuria arbitrati ſunt; Onuphrius quandoquidem quum indigenas Familias, & Romanarum Gentium Ciuitate donatas, alphabeticæ ſupputat Cottiam haud deſerit, ea propter in Veronenſem Coloniam è Roma tranſductam putarem, Vincentiam exin Veronamque iterum, quarum Ciuitatum nobilitate longa temporis intercapedine vſa eſt.

Longiſſimam, annis ab hinc plus ſexcentis, Illuſtrium Heroum ſeriem memorarem, niſi quæ per ſcriptores diſperſa, & à Bruſchio ſuperficialiter (vti Elogij moris eſt) leguntur collecta, repetere foret.

Prætermittam ideoque Cozzam, Iulium Cæſarem à Lothario ſecundo Equeſtri decore inſignitum Ghiſlardum, Vitalem cordatos belli potentes, quemadmodum Cozzam, alterum Vitalis filium, cuius ita memoriam facit Panuinius 1266. *Ioannes Belegnus Venetus Prat.*

Mons bellus Leonicum, Monticulum à Maſtino Duce in deditionem accepta in agro Vicentino opitulante Cozzia Vitalis filio, ex Nob. & antiquiſſima Familia Cottia Vicentina orto.

Omittam Gherardinum Equitem ſupremum Scalidarum copiarum Præfectum, anno 1297. & alterum Gherardinum Nepotem, qui Illaſio præfuit 1375. primuſque Ciuilitate Veronenſi redonatus eſt, neque ſuggeram alterum Cozzam Gherardini Eq. filium, qui maiorum more proprijs in Ædibus Montisbelli Scalanos Principes ſæpiſſimè hoſpitatus eſt, ipſiſque adeo cariſſimus extitit, vt gratioſiſſimo diplomate cohoneſtatus fuerit, quod cum eius etiam honores quodammodo memoret ne apud aliquos deliteſcat, ſuggerere non eſt abs re.

Nos Canſignorius, & Paulus Albuinus fratres della Scala Ciuitatum Veronæ,

Veronæ, & Vincentiæ, &c. Domini Generales, &c. Præclaram operam domui noſtræ exhibitam fideliter, & benignè per Nobil. & Sap. Virum Cozzam de Cottijs de Montebello noſtrum cariſſimum Conſiliarium, ac totius dominij Comiſſarium Generalem longæuis temporibus, cogitantes, & attendentes etiam, quod quemadmodum ipſe Cozza in multis legationibus ad Magnos Principes, cum ſumma prudentia, & ſplendore noſtræ domui gratioſum præſtitit obſequium ad æmulationem, generoſi militis Domini Gherardini de Cottijs de Montebello Ciuis Vincentini, & Veronenſis eius Patris copiarum ductoris Spectatiſſimi, qui à primis annis vſque ad extremum vitæ ſpiritum in maximis Italiæ prælijs acerrimè dimicans adeo egregiè ſe geſſit ſub Magnificis, & potentibus D.D. Alberto della Scala Proauo noſtro, & alijs maioribus noſtris ſemper recolendæ memoriæ, vt ſingulariter adamatus iuſtis de cauſis Montisbelli Vicarius perpetuus primo creatus; poſtea etiam noſtræ domus præcipuus propugnator declaratus fuerit, ac recenſitus, & ſic eius filios Franciſcum, & Gherardinum noſtros dilectiſſimos familiares nobis voluit inſeruire, vt quod areſcit in eum cauſa ſenectutis per ſuos filios vigeat, & accreſcat, ac etiam quod filij ipſius Cozzæ Paterna veſtigia imitantes non defuerunt, nec deſinunt nobis totis viribus famulari, ſic quæ compenſatione meritò digni ſunt, vt ad noſtra ſeruitia cæteri animentur ipſi Cozzæ, & filijs, & eorum legitimis filijs, & deſcendentibus maſculis reconfirmata prius Montisbelli perpetua Vicariatus dignitate, cum ſuprema Iuriſdictione iuxta Familiæ Cottiæ antiquiſſima cura, à nobis præteritis diebus viſa, & confirmata; Omnes terras, poſſeſſiones, domos, Iuriſdictiones, Marigantias, & decimas cum ſuis iuribus, & actionibus vſibus, & ſeruitutibus, ac requiſitionibus cum honoribus, & oneribus prærogatiuis, & preminentijs, Priuilegijs, & exemptionibus quæ olim fuerunt Franciſchini, & Belgarzoni Nepotum q. D. Albertini Brugnoli de Vincentia ſitas in Villis, & pertinentijs Porciletti, & Nuuoleni, cum decima de Exardis de Montebello Vincentini diſtrictus; damus concedimus, & liberè donamus, ad habendum, &c. tenendum, &c.

In quorum omnium teſtimonium præſentem conceſſionem, & donationem noſtram per Gulielmum de Nichesola ſcribam noſtrum ſcribi mandamus, & deinde noſtro Sigillo muniri.

Dat. Verona in Cancell. noſtra die 23. Martij Anno Domini 1380. Indictione 13.

Idem Cozza anno 1356. 25. Ianuarij à Ioanne Vrſino Romano Patauij Epiſcopo omnibus decimis Maroſticæ, Muræ, Maſoni,

nj, Rocij, Roanæ, & Coſtæ Veronenſis, Diœceſis Patauinæ, & Vincentini diſtrictus tanquam locuplex, & potens Vaſſallus ad nobile rectum, & antiquum feudum, cum poſteris donatus eſt, earumque redditus opulentiſſimi, & modo reperiuntur, quamquam poſt ſeptem ſucceſſiuas ætates anno 1476. 24. Decembris à Iacobo Zeno Epiſcopo è Familia demptæ fuerint Antonij, & Bartholomæi belli peritiam Peregrini Iuris, Aſtrologiæ, & Poeſis profunditatem item relinquo, prout Bartholomæum Lateranenſium Canonicorum Antiſtitem, Mediolanenſem Archiepiſcopatum renunciatum.

Clariſſimis his, & Nobiliſſimis progemmatus parentibus eſt, Nicolaus 1540. 28. Februarij Bartholomæi, & Magdalenæ Montanariæ genitus, qui à parentum ſanguinis nitore ad gloriæ cupiditatem excitatus policioribus, primum Bononiæ tandem, & Patauij legum ſtudijs ſe dedidit, Doctoralique ſtemmate condecoratus, & Italia peruagata Romam conceſſit, vna cum Scipione Gonzaga eius congerone, qui tandem, ob præclaras virtutes à Sixto Quinto Cardinalicia purpura fuit inſignitus.

Nicolaus faciei venuſtate corporis decore dicendi ſuauitate ſcientiarum peritia fauentibus, Aulæ Romanæ procerum, affectus ſibi conciliauit 25. ætatis anno completo patria repetita inter Collegiatos adſcribi meruit anno 1566. quo capitales cauſas omnium admiratione tueri inceptauit orabat etenim aliorumque orationibus abſque ſummario reſpondebat ea facundia, vt ſolus veluti patriæ laudem reportauerit.

Patrios honores conſecutus eſt, Duumuiratum præſertim anno 1574. legationem necnon anno 1590. cum Hieronymo de Veritate ſuſcepit Paſchali Ciconea Duce, pro arduis negocijs inter Marcum Cornelium poſteà Patauij Epiſcopum, S. Zenonis Abbatem, & Ciuitatem, Iuriſdictionis cauſa, & Abbatiæ Tribunalis, ſuper rationis atrio, cuius expoſtulationibus Senatus annuit eiuſdem, & Ciuitatis non modico applauſu.

Dicere conſueuerat Vir eruditiſſimus, maiores exiſtimatu conſeſſus eſſe Cardinalium Collegium, & Senatum Venetum, ante quos qui rectè orare valet, eum rectè Oratorem dici poſſe, quemadmodum ipſi contigerat.

Quò fuit peritus eo fuit audens, in priuatis enim rebus ei ſuperue-

peruenientibus à docto Viro infortunij ludibria animo profliganda eſſe docuit exemplo.

Ex Iſotta Brenzonia Nobiliſſima vxore præter filias maſculum tantùm genuit Bartholomæum Iadræ celibem præmortuum, cui paululum ſuperuixit cum anno 1617. 7. Septembris Collegij Decanus ſepultus fuiſſet in antiquiſſimo familiæ monumento in Templo Diui Zenonis Maioris de Montebello à Iulio Cæſare Lotharij Equite à fundamentis erecto, & Franciſcanæ religioni à Bartholomæo Proauo 9. Aprilis 1462. donato.

Nepotem habuit Bartholomæum Antonij, & Rizzardæ ex Comitibus de Iuſtis genitum 1584. qui formæ pulcritudini, animi virtutem comparauit, ita vt de eo verè mores animi corporis temperamentum ſequutos fuiſſe diceres. Philoſophicas, & legales diſciplinas percurrit, annoque 1605. laureatus eſt, Parmam poſtea Bononiam, Peruſium, & tandem Romam conceſſit, vt Illuſtriorum Doctorum ſubtilitates doctrinas, & diuerſas indagines perciperet, quibus non tantùm, ſed aulicis moribus imbutus eſt, & Poetarum, & Hiſtoricorum neceſſitudine admodum coniunctus Dauilæ veluti, Fabriani Veronenſis etiam armis Illuſtris apud Iburgenſem Ducem Chiabreræ, cuius exemplo poeticas compoſitiones Marco Antonio Duci Memo præter cæteras ſcripſit, quemadmodum orationes in Hermolaum Nanum Prætorem, & Silueſtrum Valerium Patriæ Præfectum habitas.

Anno 1610. 18. Decembris in Collegiatorum album perarratus eſt, & 1618. cum Marco Antonio Gulientio I. C. Clariſſimo Co. M. Ant. Maph. & Co. Vinc. Med. Venetias Legatus ardui piſturæ negotij ergo, qua adeò Ciuitatis cauſam eleganter, & profundè tutatus fuit, vt licet optatam gratiam non reportauerit, à Senatu tamen admiratus, qui, & ei congratulatus eſt.

Capitales cauſas eximia laude deffenſauit eâ eloquentia, vt à Compatricijs virtutis aſſeclis, Taſſus alter, & Veronenſis Sirena nuncupari meruerit; Verùm, dum ad maioris nominis famam (ſi dari poterat) properauerat ab omnibus Conciuium ordinibus collacrimatus, à quibus minus debuerant peremptus eſt 16. Iunij 1619. Antonio, Poeſis ſtudioſiſſimo filio, ſuperſtite relicto paternæ facundiæ hærede.

Fratres habuit Iulium Cæſarem, & Cozzam, illum Equitem Hieroſolymitanum, pro qua Religione biremium Præfectura auden-

audenter, & cordatè, alijſque militaribus titulis functus eſt.

Anno 1619. 6. Maij Venetiarum Prioratus locum tenens à Fabricio Sfortia Columna declaratum poſt præſtitam Reipublicæ ſeruitutem foro Iulianis Bellis ea gloria; qua Fauſtinus Mriſſeſſo in ſuis Hiſtorijs teſtatur, quemadmodum Excelſi Conſilij decem, Ducalis Ioanne Bembo Duce, ad Veronæ Rectores inſcripta huius tenoris, dum id ipſum à quodam mœrore ſubſtolere cuperet Senatus.

Gratia tanto più meritata da lui, quanto che con gran prontezza, & molto valore hà dimoſtrato la fede, & diuottione ſua verſo queſta Republica, ſeruendo nelle preſenti turbulenze in Friuli in tutte le fationi ſeguite, come Capitano de venturieri della Città di Verona à proprie ſpeſe, come appare da publici atteſtati de Generali noſtri hora letti &c. Dat. in Ducali Palatio die 13. Nouembris Indictione prima 1617.

Cozza autem poſt diſciplinas Humanas, & Philoſophicas perceptas legalibus datus ſtudijs in vtroque iure candidatus eſt 1605. Collegium petere admodum cupiebat, cum eius Cætus virtutem, & nobilitatem ſummopere exiſtimaſſet; Verùm Bartholomæi fratris poſtulatione ſe ad Aulam Romanam conuertit, ſacriſque initiatus ſedente Paulo Papa Quinto, munera, & dignitates Vmbriæ, & Peruſij glorioſè ſuſtinuit, Patriam reuerſus omnium nutu Cathedralis Eccleſiæ Archipresbyteratu, prima poſt Pontificatum dignitate inſignitur, Apoſtolico Prothonotariatu, eo prius Romæ condecorato, Ampliſſimum Canonicorum Capitulum ea dexteritate, & prudentia rexit, eiuſque iura tutatus eſt, & regit, & tuetur, vt ferè dixerim alium ſęculum præſtantiſſimum tantùm haud habuiſſe Præſulem.

Poſt obitum Alberti Valerij anno 1630. vſque ad electionem Marci Iuſtiniani Antiſtitum, Vicariatum Generalem Capitularem, ea cura exercuit, vt mortuo Marco eadem dignitas in ipſum iterum collocata fuerit, quam rectiſſimè, & exemplarè modo gerit.


Formæ venuſtatem, morum comitatem, ſcientiarum peritiam, dicendi leporem, aſſerere vulgata ſcribere foret, linguam tamen compeſcere non valeo, quin eius antiquitatum indagines quoquomodo memorem, ita vt de eo plus dixerim quam quod Onuphrius

de

de Saraina ſcripſerit, magis ei Veronam debere, quam Romæ Liuio, Venetiæ Bembo, & Sabelico; Conſtantinopolis Zonaræ, & Nicetæ; Panuinij enim Hiſtoria ex eius manibus à Patria recognoſcenda eſt innumeris monumentis eius ope eidem adiectis, multa etiam quæ ſub obliuionis cortice includebantur reuelauit, & præſertim Ferdinando Vghelio Abbati, in cuius Italia Sacra Ciuitatis inextinguibile lumen citò legemus.

Exornat Cottiorum amæniſſimum Montis Aurei habitaculum nuncupatum Mirabello, nedum priſci latifundij vaſtitas illimis flumiculi affluentia, eiuſque ſquamoſi, & ſuaues acolę, verùm Elogia multa Franciſci Polæ I. C. quæ opuſculis Nouarinianis inſeruntur, & de hoc memoriam facit Vghelius inter alios pręfatus.

IO. IACOBVS DE TODESCHIS EQ.



POſt nauam huiuſcæ propaginis, originis indaginem, acceſſerunt tandem diploma quoddam atque op uſculi fragmenta, quibus alta eiuſmet primordia facilè repeti poſſunt.

Hanc olim apud Theutonicos pręclariſſimam fuiſſe, teſtatur Pyrus *in notit. Meſſan. Eccleſia ann.* 1450. *fol.* 359. *ac Eccleſiæ Catanenſis fol.* 92. vbi Antonium de Scandolf, cognomento Tudiſcum, Nicolai Cardinalis parentem memorat his verbis, dum de eodem purpurato viro ſic loquitur.

Noſter Tudiſcus nobiliſſimis parentibus Catanæ anno 1386. *ortus eſt, Patre Antonio de Scandolf cognomento Tudiſcho, qui originem traxit à Rogerio de Scandolf Theutonico Equite. Js Catanam venit (*Sicilię Vrbem, quam ſibi bello ſedem adlegerat Iacobus Rex*) cum Regina Heliſabetha genere Theutonica vxore Regis Petri II. anno* 1356. *poſt ab eodem Petro, & Ludouico multis muneribus, & Galliani oppidi ditione, atque à Friderico III. Caſtelli, & oppidi Suteræ dominio auctus eſt.*

Cęterorum illuſtrium eiuſdem gentis Virorum, vt ita merito dicam Seminarium, fragmenta memorant prædicta, quibus titulus eſt Abbas vindicatus, ibi enim Regij milites Conſiliarij, familiares, eleemoſynarij, Comilitonum Duces, præfecti, & alij memorantur, quibus Ioannes ſubadditur Iureconſultus Locumtenens

nens

nens Magiſtri Iuſtitiarij Regni Siciliæ vltra Farum, & Iudex Magnæ Curię, in literis verſatiſſimus Vir. Alia autem gentilia præclara acta Carrera memorat *diſcurſ. fam. de Tudeſchis*.

Eandem noſtratis originem opitulatur diploma 20. Ianuarij anno 1300. ab Alberto Scaligero Ronchadę Communitati elargitum. Iacobo Macone Tabellione. Quò Iacobus Todeſchus, Scalanorum vicę, Supremus Theutonicorum Gaſtaldio conſtitutus, & vt alios Theutonicos Ronchadę recipere poſſet permiſſum fuit, eiuſque curę ipſorummet morum, & rectę vitę diligentem inquiſitionem commiſit; Ac ſemper Domini titulo eum nuncupat Princeps, quo ſoli maioris ſtatus tunc honeſtabantur.

Cùm Iacobo Ioannem veniſſe retur, qui annis viginti & vno antea inter Conſiliarios ab Ezzelino delectos memoratur, & Collegio noſtro fuit adſcriptus, eius attamen egregiam virtutem, temporis perennitas memorare non annuit.

Adminiculatur ipſius originis veritas, nec non ex his ſuperſtites effluxiſſe, annua penſio, quam ijſdem Alę Ogenipontis Vici, ſalis celarium adhuc perſoluit, quemadmodum Ioannis iterata nomina, quorum etiam Carrera difusè memoriam facit.

Horum gentilis Io. Iacobus, ſicuti Ioannis, & Iacobi nomina, ita veſtigia non tantum tulit, at adauxit, dum ſe totum dederit ſtudijs, quibus iuriſprudentia plenè percepta ad Doctoratus apicem grandigrauit. Patriam reuerſus, & inter Collegiatos adſcriptus, foriſq; diſceptationibus datus, tùm exarando, tùm exorando, quaſi naturæ portentum creditum eſſe memoratur. In diudicandis etiam cauſis ſe à proprio dicterio, quod ſuper ſtemmate geſtat familia, nempè, Virtvtis Symbolvm, Et Innocentiae, haud abſimilem patefecit. Patrios honores vniuerſali geſſit applauſu, quos qualiter pertractauerit exarare propoſito vberiorem quæritarent diſcurſum; Ea ideò tantum ſuggeram, quę ſub eius venuſtę effigiei ſimulacro apud hęredes delineata reperiuntur.

Vicarius I. Prouiſor Ciuitatis XV.
Conſul XX. Orator VII.
In gratulatione Sereniſs. Principis
M. Antonij Memi titulo
Equitis Sancti Marci decoratus
In omnibus quoque alijs publicis
Muneribus honorificè, integrèque
Sæpius verſatus, In Criminalibus
Etiam Cauſis Laycalibus Epiſcopatus
Iudex, & Vicarius.
Ad excitandam Virtutem
In Poſteros.

Super Domo verò Mercatorum eius ſtemmati adiacentia hæc verba leguntur.

IO. IACOB. DE TODESCHIS IVR. CONS. VIC.

Ex his igitur quantæ virtutis, & meriti, dynaſtes extiterit facilè compræhendi poteſt.

Inſtaurauit Vir Clariſſimus priſcum gentis ſuæ lararium in D. Mariæ in Organis, quod temporis iniuria, veluti labefactum reperiebatur, quemadmodum ipſe hiſce aureis caracteribus marmore exciſis eo loci teſtatur.

Io. Iacobus de Todeſchis
Iur. Conſ.
Aram hanc
D. O. M.
Diuoque Michaeli Archangelo dic.
Quam deturparat antiquitas
Non reſtituit ſolum,
Sed, & elegantiori forma
Decorauit
Anno Domini
M. D. X C V I.

Filios

Filios reliquit ſibi ſimiles Leonardum, & Ioannem Dominicum hunc Iuriſprudentię Patauij candidatum, Equitem aureatum, & Poetam, illum Medicorum Collegij Alumnum Aſtrologum, Mathematicum Poetam, Academicum Philarmonicum, & tandem Cathedralis Canonicum, quem Valerij, Cardinalis, & alter Epiſcopus amore apprimo ſunt proſecuti.

Superſtes modo eſt alter Io. Iacobus horum ex fratre illius ex Georgio filio Nepos, Vir ſanè omni facundia, & pollicioribus literaturis pręditus patrijs exercitijs, ac cognationibus pręſtans.

Prima hic, cum eſſet orbatus nobiliſſima, & omnium virtutum genere ornatiſſima coniuge, acerbiſsimo ductus męrore, in hęc dum ruri laxandi animi gratia moraretur prorupit.

Blanca Biuilaqua
Dulciſ. Nobiliſs. Coniux
Æternum vale
Deploratam ſpeciem
Suſcepti liberi
Chara pignora
Mærorem meum
Perennes lacbrimæ
Quamdiù vixerim teſtabuntur
Jo. Iacob. Todeſch.

BARTHOLOMÆVS CARTVLARIVS EPISCOPVS CLODIÆ.



EX memorato Chriſtophoro noſtro Iureconſulto ædiſcant Veronenſes, quomodo filiorum numerus alijciendus ſit, cum enim ex Lucia de Saibantis genitos maſculos, quatuor procreaſſet eos ita diſciplinis tradere maluit, vt ea operati fuerint, quæ modo ſum memoraturus. Hi ſunt, Fabricius, Nicolaus, Paulus, & Bartholomæus. Fabricius Equinonimi Flatri Cyprij, Gregorij XIII. Pontif. breui Canonicus Veronenſis creatur 1584. cum Laycus adhuc reperiretur. Sequenti anno vtramque ſanctionum Lauream, Romæ reportauit, & Sacris ab Epiſcopo Vincentino Michaele Priulo iniciatus occubuit anno 1611.

Nicolaus præter cæteros Magiſtratus tertio Piſcheriæ Pretura functus eſt, hicque gentem germinauit cuius ſupereſt Ioann. Baptiſta, qui operis Stratonicæ chataſtrophem compoſuit.

Paulus, cum adhuc eſſet adoleſcens Aulæ Cardinalis Alexandri Sforciæ traditur Florentia exin petita, atque nobilitatis ſuę ſpecimine patefacto, manu Franciſci Medicei Hetruriæ Magni Principis equeſtris D. Stephani militiæ ſtemmatibus inſignitur anno 1583. ſuper cuius triremibus glorioſiſſimę propugnauit ſicuti bellis Belgicis, Gallicis, Hiſpanicis, cordatiſſimum ſe oſten-

dit

dit ſub Alexandro, & Ranucio Farneſijs. Cum tandem proprio ære cum alijs, quinque pro Cæſare fortunæ miles dimicaret Giauarinique aggeri Ioannis Medicei iuſſu præeſſet Bombardę globo à Chriſtiani nominis inimicis peremptus eſt; in cuius amiſſi ſtrenui Viri ſolacium Rodulphus Imperator Auguſtus ſuperſtites fratres honorifico cohoneſtauit diplomate Viri glorioſa facta teſtante. Pragæ 26. Martij 1596. atque tanti præfecti mortem commemorat Nicolaus Dolionus in ſuis Hiſtor.

Bartholomæus horum alter ſuccedit frater luci traditus Orbis 29. Septembris 1546. & poſt omnium literarum peritiam ſuſceptam annorum tantum 24. & Patauij auctoratur, & Veronæ acerbitatis venia impetrata inter Collegiatos exaratur, exinque quibuſdam Magiſtratibus ſupploſis ab Auguſtino Cardinali Valerio Bodoloni Archipresbyter declaratur, & Gregorij Pontific. XIII. commiſſione Diui Sebaſtiani Præſul elligitur, iterumque Bodoloni, & tandem Inſulæ Porcharizzę. Anno vero 1576. cum Ioann. Franciſco Comite de Æmilis Canonico Nuncius à Clero Patauium miſſus eſt, quo tunc Apoſtolicus Legatus commorabatur, & anno ſequenti eiuſdem iuſſu, cum Auguſtino Troiano Venetias eſt Legatus, vt decimarum negotium pertractaret, & iterum, cum Æmilio præfato eiuſdem rei, ergo, ad Nuncium Apoſtolicum, & tandem ſolus Romam expeditur, vt eiuſdem Cleri cauſas, tum apud Eminentiſſimos Cardinales, tum apud Summum Paſtorem Gregorium eundem pertractaret, quo munere ita ſe geſſit, vt patria repetita anno 1579. Præbendam Canonicalem Sancti Zenonis à Capitulo obtinuerit, Petro Franciſco Zino pręmortuo. Anno 1581. pro Iuribus ipſiuſmet Capituli tuendis iterum Venetias, ad Romanum Nuncium miſſus eſt, ac eodem anno Ferrariam, vt contra Comites Romeos Capituli litis præeſſet amphractibus, fuit Sacrę Inquiſitionis Conſultor, & Cardinalis Valerij Vicarius, itemque Commiſſarius Generalis: iterumque Romam, Venetias, ac ad Patriarcham Aquileienſem miſſus eſt, quibus legationibus omnibus Canonicorum, Clerique iura tutiſſimè defenſauit, per biennium quoque eius virtutem experti ſunt Ciues dum in Epiſcopio Decretalium elementa publicè docuerit. Anno demum 1597. Venetijs in Auditorem Romanæ Rotę creatus eſt, quamquam alium à Senatu cum eo exhibitum adſciuerit Pontifex.

Huius

Huius eximiam virtutem Ranuccius Farneſius Parmę, &c. Dux adeo magnifecit, vt eum in Iuſtitię Conſilarium adſciuerit hoc diplomatis orſu.

RANVCCIO FARNESE DVCA DI PARMA, PIACENZA, &c. & Confaloniere perpetuo di Santa Chieſa, &c.

Volendo noi prouedere di perſona, che per bontà, integrità, fede, valore, & eſperienza ſia atta, & ſufficiente al carico di Conſigliere di Giuſtitia di tutti queſti noſtri Stati di Parma, & Piacenza, loro Territorij, Giuriſdittioni, Veſcouati, & Pertinenze, & eſſendo noi pienamente informati, che tutte queſte qualità concorrono in voi Magnifico Dottore Bartolameo Cartolari Gentilbuomo Veroneſe, habbiamo riſſoluto di elegerui, & deputarui, come in virtù di queſta noſtra, vi elegemo, & deputiamo per vno delli Conſeglieri del Conſeglio Noſtro di Giuſtitia per tutti queſti Noſtri Stati di Parma, & Piacenza, & come di ſopra per tre anni à venire, &c.

Data in Parma 3. Nouembre 1602.

Ranuccio Farneſe, &c.

Locus ✠ Sigilli.

Aleſſandro Orſo Secret.

Omnibus applaudentibus ordinibus, ita ſe geſſit Bartholomęus, vt ſubſequenti triennio in idem munus confirmatus fuerit, à quo cum deſtitiſſet anno 1609. Romam profectus Conciſtoralis Paracleti prouinciam glorioſè ſubſtinuit, ob cuius virtutem triennio elapſo Paulus Papa V. eum in Clodiæ Epiſcopum vnxit, vbi anno 1614. maxima eius vitæ ædificatione Deo Omnipotenti animam miſit.

ALOY-

ALOYSIVS DE RODVLPHIS CAN. VER.



LOtharingio Nobiliſſimo, ſtrenuo atque ſolertis ingenij Viro Rodulphorum prçclariſſimam gentem ſublimia debere natalia, priſca Familiæ monimenta teſtantur. Grauis hic armaturę militia ſub Othone IV. Imperatore, ac Saxoniæ Duce dimicauit, eumquè antea Imperij diadema concupiſcentia flagrantem ita fideliter aſſecutus eſt, vt circa annum 1208. ſtipem per biennium Italiæ promeruerit adeoque Hęſpericha, Veronenſiumq; præſertim comitate oblectatus eſt, vt Imperatore hac regione diſçeſſo Veronæ ſibi, ac genitis ſedem conſtituere decreuerit ibiquè diem functus eſt, anno humanę ſalutis 1250. tribus ſuperſtitibus relictis filijs, Antonio, Marco, ac Ioanne. Antonius Venetias profectus eſt, quo eius progienei ſedes fixit; Ioannes originem dedit Partenopeis Rodulphis, qui Secundas Partes modo obtinent, & Marcus Gentis noſtræ Compatritiæ fuit digniſſimus Propagator, cuius poſt eum opibus clariſſimis cognationibus muneribuſque multi glorioſè vixere, & ad Duumuiratum Vrbanam Prçturam legationes, Præfecturas, Equitatus, ac Canonicatus gentem ſæpiſſimè extulere quibus omnibus prçtermiſſis Iureconſultos noſtros tantum recenſebo, qui ſibi, ac Cętui famam adauxere

re quorum primus Peregrinus comperitur anno 1458. Collegiatis adſcriptus, & inter præcipuos ſui ſæculi Iureconſultos memoratus; quamquam eius geſta temporis intercapedo memorare non ſinat: ſicuti Petri anno 1478. cooptati, huicque ſucceſſit Theodoſius 1531. Cætui adſcriptus, qui præcipua Ciuitatis munera ſuſtinuit, in congratulatione etiam Franciſci Venerij nuperi Ducis creati, cum publico iuſſu, cum Ludouico Nogarola, Antonio Biuilaqua Comitibus, Nicolao Maphęo I. C. Nicolao Lauezola, & Hieronymo Lauagnolo Collegis Venetias Legatus eſſet Eques aureatus cum eis adſcitus eſt anno 1554. neque ab hoc abſimilem habemus Camillum anno 1556. eidem numero traditum ſimiliter Patrijs Magiſtratibus Clarum, ac poſt eum Aloyſium noſtrum, qui in Collegij alumnorum Pictatium peraratus anno ab orto Chriſto 1572. maximè virtutis arrabonem cunctis fori ordinibus dijudicando exhibuit, ac tuendo, ita vt veri Iudicis, Aduocati epitethon iure promeruerit; quod præcognoſcentibus Comitijs eum ad præcipuos honores promouerunt, & anno 1578. ætatis adhuc floreſcentis Duumuirum crearunt, quod munus cum cæteris ſępiſſimè exercuiſſet niſi corde tactu pulſato ſuperno ad ſacra animum conuertiſſet, cum vniuerſali Cleri plaudente ordine, in Canonicum fuiſſet electus loco Io. Franciſci Zini Penitentiarij; quam dignitatem peritè, decoroſè, ac exemplariter pertractauit.

Horum eximiorum virorum gentilis ſupereſt Theodoſius Conſilio, & opere præſtantiſſimus Vir, qui opibus natalibus, ac cognationibus intercedentibus, inter Patriæ noſtrę pręcipuos iure locamus, ſpectatiſſimuſque adoleſcens, nulliquè venuſtate, & comitate ſecundus vnicus aderat parens memorati Peregrini ęquinonimi, quem ex Æmilia Antonij Portalupij I. C. noſtri ſorore ſuſceperat, verùm ab eo vxore guadiata Catharina ex Nobiliſſimis Comitibus de Fregoſijs Genuenſibus proceribus oriundis fato acerbiſſimè ceſſit anno 1651.

Ex eodem ſtipite Florentinam proceſſiſſe putatur, quæ Militum Duces, Marchiones, Doctores, Epiſcopos, Archiepiſcopos S. R. E. Cardinales, alioſque pertulit Heroes.

CAMIL-

CAMILLVS PEREGRINVS EQ. ROM. ROTÆ AVDITOR.



PRæter ſex tantæ Gentis noſtros Iuris memoratos Antiſtites ſucceſſiuè Petrus Octauianus Eques Camillus Marcus Aurelius, & Octauianus ſuperſtes Collegio donati ſunt.

Ij omnes publicis Magiſtratibus functi, ampliſſimæ Domus famam ſuffulciuere, & potiſſimùm Camillus omnium politiorum literarum peritiſſimus Philoſophus præſtantiſſimus, & legalis diſciplinæ profundiſſimus, qui anno 1573. 26. Octobris inter Cætus noſtri alumnos eſt creatus, poſt quod temporis capitales cauſas maximi faſtigij gloria, nec abſque modicis laboris fructibus tueri inceptauit, Ciuitas enim in ipſum Conſulatum, aliaſquè dignitates cum adhuc viridis eſſet iuuentæ, tranſtulit libens.

Oratoris etiam munere functus eſt, quo aureatus Eques declaratur.

Verùm hęc pauca, vt tanti Viri gloriam patefaciamus, eius namque, cum, & apud alienigenas acrè virtutis nomen adiuiſſet, cumquè à Collegio noſtro à Senatu requiſito pro Romanæ Rotæ Auditore fuiſſet exhibitus, ex pluribus ſolus electus eſt, & ſtatim à Summo Paſtore comprobatus, eamque dignitatem adeò ſapien-

tiſſime

tiſſime geſſit, vt ad Cardinalitiam purpuram Summus Pontifex eum promouere in animo habuiſſet, de ipſo enim rectiſſime loquebatur, & quędam maiores honores indicantia de ipſo prædicabat, at morte pręuentus familia, & patria condigna virtutis merita in ipsum collata haud videre valuit.

Scripſit Vir Eminentiſsimus opuſculum, quo origo, & præſtantiſſimæ eius gentis facta deſcribuntur.

Habuit ex fratre, & ex Matrona Malaſpina Nepotem Theodorum Equitem patrijs honoribus conſpicuum, qui ex altera Malaſpina Camillum, Leonardum, & Io. Philippum genuit: Illum cataphractorum Præfectum à Sabaudiæ Duce delectum. Hi ſuperſtites, militia deſerta, ciuilibus honoribus incumbunt.

FLO-

FLORIVS PINDEMONTIVS CAN. VER. VIC. GEN. EPISC.



PIndemontanam gentem priſcam Piſtorio ſuam debere originem, ibiquè Pinamontam vocatam fuiſſe, omnia monumenta vetuſta teſtantur, cuius Alumnos ſi numeres tot emicantia omnium diſciplinarum ſydera conſpicies.

Panuinius inter Illuſtres Veronę Medicos Alcardum Pedemontanum numerat his verbis.

Hic nobili genere Veronæ ortus ſeptuaginta annis ante in Vrbe noſtra floruit, ſcripſit libellum ad Hermolaum Barbarum Epiſcopum Veronenſem de fontibus, ſeu balneus Calderij Veronenſis agri: Item alium libellum de virtute balneorum Calderianorum; de modo bibendi aquam; de dieta ſumentium balnea; de ſomno meridiano; de modo ſuccurendi accidentibus ſuperuenientibus.

Hermolaus Barbarus Veronæ Epiſcopus, hunc alterum Macaonem, alterum ſui æui Æſculapium nuncupat auxiliaribus pharmacis à cadaueribus euolantes animas detinentem, philoſophantiumquè omnium, quos ipſe dignouit facilè Principem.

Ipſum quoque Andreas Chioccus honorificentiſſimo cohoneſtat Elogio; quemadmodum Cenotaphium ſuper eius monumento in Sancti Firmi maioris periſtylo eius indicat excellentiam.

Qui iacet hic Clariſſimus ex Pindemontibus ortus
Phiſicus excelſus ipſe Aleardus erat,
Vixit apud Venetos celebri grandæuus honore
Atque ibi peonijs artibus auxit opes
Qua Venetum potuit facilè exorare Senatum
In Patriæ cauſis gratia prompta fuit.
Tu Verona ſuis meritis clariſſima teſtis
Semper eris ſemper tu meminiſſe potes.

Maſculo vnico, & tribus fœminis relictis deceſſit, Franciſco ſcilicet, qui Iacobam de Iuſtis cum duxiſſet, proleque caruerit inter ſorores bona diuiſa fuere inter Orſetam nempè, Ludouici Turriani vxorem, Petram à Marco de Emilcis ductam, & Franciſcam Paulo à Puteo atauo meo nuptam.

Conſcribit nec non idem Panuinius ſic inter Archiatros Illuſtres Franciſcum.

Franciſcus Pedemontanus Veronenſis Medicus, ſcripſit Anatomen corporis humani, Anatomen Infantis, Comentaria egregia in Metaphiſicam Ariſtotelis, Cautelas Medicorum, item Gerontocomium omnia excuſſa.

Hieronymus, & Ioannes Ghiochi inſeruntur Elogijs: Ille Medicinam Theoricam Patauij, & Romę publicè interpretatus eſt, & Teracinæ, & Epidauri Medicinam fecit; hic anno 1532. Philoſophi elencorum librum expoſuit Patauij.

Nec præter dignitatibus Eccleſiaſticis innumeros refulgentes, milites defuere, qui tantam gentem honoribus illuſtrarunt, & gloria, quorum præcipuus memoria dignus eſt Ioannes Eques, qui anno 1509. inter belli duces in minitabunda Abduæ Glaræ expeditione à Senatu delectus eſt, quam Prouinciam cordatiſſimè ſuſtinuit.

Humatus eſt Vir ſtrenuus ante Altare Diuo Martino Sacrum, quod alter Florius cum monumento ſtruxerat hac Epigraphe.

Florius Pindemontius Nobilitate præfulgens
Ioanni Venetorum Militum Ductori
Inclito, & deſiderato Clariſs. Fratribus
Sibi Pientiſs. Ædem hanc poſuit cum Sepulchro
M D X L I I.

Nec

Nec legum peritia modicæ hæc claruit propago, inter Iuriſconſultiſſimos enim Cætus noſtri Ioannes annis circum 250. antea floruit, cui apprimè numerus noſtrum debetur; quemadmodum poſtea Auguſtinus, & Alexander omnibus patriæ muneribus functi, ſicuti Florius hicce prẹter infra exarandum ſuperſtitem.

Anno 1574. inter Collegiatos adſcribitur, eiuſque virtutem ſtatim dignouit Patria, vt iuuenem adhuc cum ad ſupremos honores extulerit. Duumuiratum enim annis 1588. & 91. non tantùm glorioſiſſimè geſſit, verùm plaudentibus cunctis Vrbis ordinibus Præturam Vrbanam, cuius monumentum hoc adhuc ſtemmati ſubſellatum ſuper Mercatorum Ædibus ſuſpicimus.

FLORIVS PINDEMONTIVS I. V. D. VIC. M. D. LXXIX.

Nedum hic Iuris ſcientia at morum laude cum Præclariſſimus eſſet anno 1591. 19. Decembris ab vniuerſo Capitulo inter Canonicos computatur, quem honorem cum naturali quodam inſtinctu ſacris potiùs foret dicatus, libentiſſimè ſuſcepit. Verùm cum eius electio nulla declarata eſſet, ob irregularitatem, Imperij meri & mixti pergeſti, ideoque eſſet expulſus, iterum (Indulgentia à Summo Paſtore prius implorata), ab eodem numero in Iulij à Monte locum ſufficitur 9. Iunij 1592. Quo munere vitam exemplariter adeò duxit, vt Auguſtinus Valerius Vrbis Pontifex eum in Vicarium Generalem adſciuerit; eamq; Prouinciam ad extremum nauauit ſpiritum, quem 1611. 17. Septembris omnium mærore, & Antiſtitis præſertim clauſit: eique Marcus Antonius de Veritate Co. memoratus ſucceſſit poſtea Oſſarenſis Epiſcopus.

AVRELIVS PRANDINVS EQ.



EX memorato noſtro Iureconſulto Alexandro Prandinæ, Nobiliſſimę gentis alumno, Bartholomæus ortus eſt, qui dum per Veronenſem agrum tranſiret Caroli V. genitus Philippus Hiſpaniarum Rex, anno 1549. & Sereniſſimæ Reipublicæ expenſis hoſpitatus fuiſſet, Vilafranchæ prius, Buſſolenghi exin, ibi publico iuſſu idem Bartholomæus lautiſſimam, & opiparam parauerat cænam; Idcirco Rex eum Equeſtri, honorifico, & mirifico diplomate, dignitate vna cum poſteris decorauit, priſcumque gentis ſtemma confirmauit.

Habuit hic Aquilinam Clodiam Vxorem, cuius Nobilitatis decus inferius eſt exarandum, & inter Illuſtres mulieres literis Veronæ præſtantes nuncupatur; in Poætica enim arte nomen ſibi comparauit glorioſum, in eiuſque obitu vir literatiſſimus Zephiriel ſic Thomas Bouius cecinit.

Dura intexericem Pallas deſeuit Arachnem
Latona in Niobem prolis ob inuidiam.
Marſia, dum calamis vocat in certamina Phœbum,
Stultitiæ infelix pelle pependit opus,
Te Prandina tamen coluere hæc numina ſemper,
Textura fidibus, prolequè conſpicuam.

Suaue

Suaue decus nocuit morum formæquè venuſtas,
Te ſibi præferri, dum pauet orta ſalo.
Hæc te tabifico decepit ſæua lauacro,
Heu Paphiæ inſidijs hic Aquilina iaces.

His parentibus oritur Aurelius noſtratum Collegij conſpicuus, cuius virtutem breuiter, quamquam hiſce memorat Curtius.

De i ſudetti Bartolomeo, & Aquilina naque frà gl'altri Aurelio Prandino Dottor di Legge d'acutiſſimo ingegno, che al preſente viue, il quale oltre l'ornamento delle belle letere, e della Poeſia Toſcana è dotato d'vna mirabil facondia, & indeffeſſa vena di dire.

Maxima neceſſitudine cum Equite Marino Poeta fuit quoquè coniunctus, ideoquè in eius Lira Epigrammata quædam ab ſe ædita videmus.

A Principe noſtro Sereniſſimo, huiuſmet virtute perſpecta; Phiſci Iura eius Patrocinio ſunt commiſſa, quæ qualiter pertractauerit adhuc immemor Senatus haud eſt, qua de re prȩter natalitium decus ȩqueſtre eodem Venetijs donatus eſt.

Patrios etiam Magiſtratus pergeſſit, hinc duumuiratum hinc Vrbanam Prȩturam, qua hoc monumentum ſub ſtemmate extra Mercatorum ȩdes reliquit.

Quo tempore Mariam Auſtriacam hac tranſeuntem
M. Antonius Memo Prætor prouidentiſs.
Et Auguſtinus Maripetro vigilantiſs.
Præfectus Vrbe Magnifice excipiebat
Aurelius Prandinus Vic. Mercatorum
Foro præerat M. D. XXCIII.

Dicendi lepore, & facundia dum cauſas tueretur, adeò prȩditus fuit, vt non immerito Veronenſem dixeris Tulium. In conſulendis etiam cauſis adeò peritum, & verſatum ſe oſtendit, vt Interdicti æuo multa publico exarauerit iuſſu, eiusque laudato operi non modica munera retribuerunt, inter quȩ Paropſides Maluuia, Scyphos, ex argento metalo, ipſemet vidi, Sereniſſimi Ducis, & aliorum prȩcipuorum Senatorum ſtemmatibus cȩlatos.

Fuit etiam eius virtuti Vicariatus in cauſis Criminalibus Laycalibus Epiſcopatus Veronȩ commiſſus.

Pręter Philippum cordatiſſimum fortis militem, Gradiſchę belli peremptum, & alium Bartholomęum, Ioannem reliquit filium Duumuiratu Vrbana Prętura functum, Equitem Patriquè in Phiſci patrocinium, & Epiſcopatus Vicariatum ſuffectum, & eius eloquentiæ non immeritum hæredem, Collegij noſtri Decanum præſtantiſſimum, qui inter eiuſdem, & Patriæ Illuſtres foret neceſſe computandus, & eius opera forent adamuſſim exaranda, niſi vltimis vitæ periodis miſerè finem impoſuiſſet, quod caueant Dij, nemo etenim adeò virtute pollet, vt ex propria prudentia dogmata recipere valeat, & cum eo domus tota eſt extincta.

In Opuſculis Nouarinianis Tom. I. inſcr. vir. lit. Aurelij legitur memoria à Franciſco Polla relicta.

AVGVSTINVS DEL BENE CO. EQ. SERENISS. REIP. CONSVLT.



PAtriæ decus, Cætus gloriam, gentis honorem, iure nuncupamus Auguſtinum del Bene, Sacri Palatij, & Aulæ Lateranenſis Comitem, qui memoratis natalibus propagatus, auorumquè virtutem aſſecutus è Iuriſprudentia proprij nominis famam exantlauit.

Collegio cohoneſtatus anno 1578. 7. Aprilis Capitales cauſas ea felicitate, & facilitate cepit tueri, vt cum Aurelio Prandino bina patriæ lumina refulgentia fuere nominis immortalia. Conſcribendo nec non, qualis ſcientiarum fuerit profunditatis indicauit, ita vt cum tempore Sereniſſimę Reipublicę memorati interdicti, multa ad eiuſdem fauorem elegantiſſimo ſtylo exaraſſet, à Senatu Conſultor, in Iure creatus eſt, eo prius equeſtri decore ob legationem congratulatoriam cum Hieronymo Veritate inſignito, de quorum memoria, quædam ſcripſit Polla Opuſc. Nouar. *Tom.* 1.

Otij tempore (ſi quid ſupererat) ſuburbanum Aueſanum Domicilium incolebat vbi afluentiſſimas aquas duxit circumcluſas, ex quibus varia ludibria, pluentia antra, piſcinas, Dracones, Aquilas, Delphinos, aquea velera, vomentes, prata, & ame-

nia

nia loca, citreis, aurantijs, maſilicíſquè pomis, & ortomaſticis exornata concinauit.

Cum ex Canoſiæ Gentis vxore prolem non ſuſcepiſſet Viridarium viſu dignum, cum hæreditate tota ad Ioannem ex Fratre, nepotem (ob merita, & legationes etiam ad exteros Princip. à Sereniſſima Republica aurea catena donatum) tranſmiſit, qui cum ex Margarita Muſelia vxore deinde Co. Marco Antonio Turiano I. C. nupta Paulam ſuſcepiſſet totiuſquè hæreditatis liberè hæres facta fuiſſet, Comiti Ioann. Franciſco Biuilaquę eius Viro bona in dotem tradidit; & ex hac tranſactione (vt puto) Viridarium, hac tamen ex Ioannis teſtamento conditione, vt quibuſdam cognatorum peremptis Familijs, Viridarium idem inter Collegij Iureconſultos ſorti traderetur.

F A-

FABIVS NICHESOLA.



EVboeam Inſulam Heſperiçe Negroponte vocatam Nicheſolarum Familiam dediſſe notum eſt, cuius veritatis, & mei toti diſcurſus nuncupatoria Fabio noſtro Epiſtola clauus exiſtant in Vrbis priuilegiorum, & Sereniſſimi Dominij partium libro contenta, in quo hæc ad verbum dicuntur.

Maiorumquè tuorum, qui olim in hanc Vrbem ex Euboea Inſula profecti, pace belloquè inſignes, quadringentis ab hinc annis ſemper floruerunt Nobilitatem, & gloriam adauxeris.

Ex hac præſtantiſſimi Viri emanarunt, ſcilicet Pilius Valuaſoria dignitate cōdecoratus, & etiam alij, qui honoribus, & cognationibus apprimè gentē illuſtrarunt, de quibus ſequitur alibi Epiſtola.

Quid clariſſimas domos Scalidarum Principum, Gonzagarum, Carpij, & Sancti Bonifacij Comitum, maioribus tuis cognatione coniunctas?

Catharinam enim Scalanam, Zacharias duxerat; apud quos Principes magni ſemper nominis Gens fuerat; Gulielmum ideo Canis Signorius, & Paulus Alboinus Fratres Cancellarium delegerant.

Supremos Patrios Magiſtratus relinquo, antiquiores enim Clypei à temporis iniurijs ſuper Mercatorum Prætorio aſſeruati, huius mehercle Gentis exiſtunt. Sic Præfectos innumeros, & Equites. Sacri tamen Antiſtites intermittendi non ſunt; quandocumquè

enim

enim Eccleſiaſticis dignitatibus enituit. Hinc Gubertum legimus Canonicum Veronenſem 1407. & 25. Coſmę de Parma, in Vrbis Archipresbyteratu ſuffectum, & tandem decimo Martij Epiſcopum Sancti Leonis declaratum, nec non Vicarium, & ſufraganeum Franciſci Condulmerij Cardinalis, & Epiſcopi Veronenſis. Hinc etiam Hieronymum videmus, qui, ex Fratre Ordinis Prædicatorum, Theanenſis Epiſcopus creatur, & Tridentino Concilio interfuit: hinc tandem Galeſum Belunenſem Epiſcopum in Cathedrali Veronæ elegantiſſimo Mauſolęo tumulatum mirifico, ac viſendo artificio fabrefacto, quo hæc perleguntur.

Galeſo Nicheſolæ Epi.
Belunen. Viro Opt. &
De ſe B. M. Franciſcus,
Geruaſius Canon.
Veron. ex Teſt. P.

Cæteros Cathedralis Canonicos itidem prætermitto, qui exemplo, & doctrina immortalitatis nomen ſibi, & genti compararunt; hoc tamen ſilentio præterire non poſſum (inquit Epiſtola) *hanc celeberimam Familiam eſſe quoddã veluti nedum pietatis, ac Religionis verum etiam Iuriſconſultorum Seminarium*, præter enim Danielem maioribus Magiſtratibus clarum anno . . . . Vrbana Prætura inſignitum, & ſeptimo Duumuiratu functum, ac præter Vbertum Collegiatis adſcriptum 1571. Fabius noſter claruit tunc cum alij ſex eiuſdem Familiæ florerent, quos partim diuinis, partimquè Ciuilibus ſtudijs addictos, *nulla non noſſent ſecula, nulla non celebrabunt Hiſtoriæ.*

Adoleſcens cum adhuc eſſet Fabius, Hæremitarum Religionem ingreſſus, ad quęuis diſciplinarum genera facilè aditum ſibi fecit, verum cum eiuſdem vigilias, & labores gracilis ipſius habitudo ſufferre nequiret, Religione deſerta, Patauium conceſſit vbi ad legalia ſtudia conuerſus, adeò profecit, vt doctorali ſtemmate inſignitus, Collegioquè cohoneſtatus anno 1584. gloriam ſtatim ſibi parauerit eandem, non ſimulatè hacce Epiſtola contentam.

Acceſſi-

Acceſſerunt præclara illa, & longè præſtantiſſima tuæ vetuſtiſſimæ domus tuique ipſius virtutum ornamenta, & honorum inſignia, quæ vt maximè omnes admirantur, & prædicant ita non facilè inueniri poſſet, qui ea pro rei dignitate literis mandare valeret nedum à me breui hac Epiſtola comprehendi queant. Non enim dubium cuiquam eſt tanta te Iuris ſcientia, ac linguæ facundia amicis domi foriſquè Patronum in cauſis extitiſſe, vt per vniuerſam Italiam maximum tibi nomen, apud omnes gentes compararis, atquè ad primos, ac præcipuos Vrbis noſtræ honores aditum tibi ſumma cum laude ob eximiam etiam vitæ tuæ integritatem patefeceris, &c.


Annis 1594. 96. & 600. non amplius Duumuiratum geſſit cum haud nimis maturè eum mors omnium merore eripuiſſet, & præſertim Philarmonicorum Academię, cui patris præerat dignitate, at pauca, vel nulla hæc ſint. Virtutem quæris? Eius conſilia perlegas, quæ pręcipuè pro Sancti Bonifacij Comitum fideicommiſſis compoſuit, ac publici Iuris facta videntur.

Filium reliquit Cæſarem I. V. D. Canonicum, & Antiquarium, qui Pontoni amęniſſimi à Patre erecti loci magnum lapidum numerum, & antiquorum monumentorum coagulauit, quibus poſtea nobiliſſima Philarmonicorum Academia donata eſt; veterum quoque numiſmatum copiam parauit, Viridariumque varijs pręcioſiſſimis floribus exornauit. Ampliſſimorum Senatorum, maximorum Principum, ac Eminentiſſimorum Cardinalium affectus ſibi ſupra modum conciliauit, ita vt Madrucius Cardinalis Tridentinus eum literis cohoneſtauerit ſubſcriptione tantùm (proh mirum) maculatis, vt adiecta ad libitum Epiſtola eis vt pręberet occaſio tanto nomine vti poſſet.

Deceſſit tandem Cæſar vera Cæſaris operum memoria relicta.

IACO-

IACOBVS MOSCARDVS.



BOnutiorum propaginis (quæ extra Vrbem noſtram heroes maximos , & S. R. E. Cardinales dedit) omnibus refulgentem nobilitatem , exornat præſertim Cætus noſtri clariſſimus Vir Bonutius , qui Icerino de Romano Imperante, cum Criminum Quæſtor reperiretur ſententiam promulgauit contra Vgonem de Sancta Iuliana Veronæ Prætorem , & aſſeclas à Curtio memoratos.

Huius gentis, poſt longum annorum curriculum, vixit Moſcardus , qui patrijs Magiſtratibus functis cum nobiliſſimus, & ditiſſimus eſſet , id à Scalidanis Principibus ob merita tulit , vt propriæ eorum familiæ Viridem, ei in matrimonium locauerint, quemadmodum Margheritam Iacobo , antea Gulielmo de Sacramoſijs nuptam annis 1361.

Teſtatus eſt alius Moſcardus anno 1446. & reliquit præcipiendo Commiſſarijs , vt compleri facerent medietatem periſtyli Fratrum Sancti Ioannis in Monte , ea quam modo videmus forma (pietatis , & opum argumentum .) Ex huius nomine Bonutiorum gens , quam malè Curtius Bomitiam nuncupat , Moſcarda vocari initiauit , quæ ſemper maiorum exemplo Viris claruit Illuſtribus , quorum primus locus Thomæo Moſcardi filio meritò tri-

buendus eſt, qui præter cæteros patriæ honores eam dignitatem ſuſtinuit, quæ hodie in Ampliſſimos Venetiarum Senatores confertur, Prouiſoris nempe Leniaci Fortilicij, vt colligitur ex Ducali Franciſci Foſcari diei 11. Martij 1443. qua Thomæo quędam eius curę commiſſa commendat, hac à tergo inſcriptione.

Egregio Dilecto noſtro Thomæo Moſcardi Prouiſori noſtro Leniaci.

His temporibus floruit quoque Paulus, qui, cuius extiterit conditionis eius indicat monumentum in Æde S. Vitalis.

M. CCCCXLIX.
Pauli Moſcardi
Præcipuæ Veronenſis Generoſitatis
Decus, eiuſque Deſcendentium
Familiæ Bonutiorum
Religioſiſſ. Quies.

Tantis Parentibus propagatus Iacobus, noſtro Collegio inſignitus eſt anno 1587. 4. Iunij, quod ſua virtute etiam illuſtrauit, legalis ſcientiæ quandoquidem cognitione nulli extitit ſecundus, & in agitandis, tum publicis, tum priuatis negotiationibus eximia præditus dexteritate, ideoque ob imminentia pericula aquarum Clampi Delegadæ, & Alponi, & pro contributione expenſarum, regulationis earundem cum Comite Iulio Cæſare de Nogarolis Venetias legatus eſt, vt patet ex mandato Conſilij Duodecim, & Quinquaginta ad vtilia, ſexto Idus Nouembris 1590.

Franciſco Quarto, & Vincentio fratri Mantuæ Ducibus, etiam cariſſimus fuit, vt ex Epiſtolis legitur apud Ludouicum nepotem exiſtentibus, quorum Principum fauorem ſibi conciliauit, dum ei lis fuiſſet commiſſa ſuper hęreditate Marchionis Beroldi, quæ cum vtilitatem eorundem Principum reſpiceret Iacobo litem commendarunt, qui tamen quamquam de tantis Principibus agitaretur, ſe tamen, quod Iuſtitia edocet eis iudicaturum reſpondit, cuius ſinceritatis aiendi modus, etiam Principibus

cariſſimus fuit, nihil enim obijcere ei potuere æmuli, niſi morum, & loquendi quandam ſeueritatem.

Patrijs etiam Magiſtratibus potitus eſt, & præſertim octauo Duumuiratu, quod munus cum exerceret Mauritius Maurus ei opuſculum nuncupauit inſcriptum.

Pompoſi Fregi di Verona, con vna Cronica delle coſe notabili di quella.

Alia poſsent de eius virtute ſubnecti, quę tamen cum parentum clara ſint cognitioni ſilentio locabo, cum tantùm obijſſet maturæ ętatis anno circum 1622.

Pręter alios ex fratre nepotum genitos ſuperſtites, etiam Cathedralis Canonicatu inſignitos, & pręter Moſcardum Equitem pręſtantiſſimum Iacobi ęuo vitam degentem meritiſſimum gentilem; memória digniſſimus eſt Ludouicus, qui politiorum literarum peritiam, antiquitatum indagini, picturę artificio, alijſq; otij oblectamentis coniunxit. Muſęum, etiam habet, quod mineralibus, Numiſmatibus, terreſtribus, & aquaticis animalibus, antiquis Idolis, variorum Illuſtrium Pictorum operibus, Muſicalibus Inſtrumentis, alijſque hominum curioſitati fauentibus exornauit. Cuius Viri filius Franciſcus Patrui magni virtutem inuidens ad legalem properat lauream.

M. AN-

M. ANTONIVS GVLIENTIVS.



EX Cremona de Gulientijs Gentem, Duce Benedicto, profectam, & Ciuilitate fuiſſe donatam anno 1423. cum Nouarina Colonienſi (cuius floruit Hieronymus ille celebris I. C.) ſatis Vrbis comprobant acta.

Cremonæ hæc non tantum fuit Illuſtris, cognationibus, & dignitatibus clara, ſuper enim maiori eius Ciuitatis Turri Gulientiorum Gentilitium adhuc reperiri, à probatę fidei viro relatum eſt, verum, & Veronæ ſemper Ciuiliſſimis refulſit Viris, quorum memorandus eſt, Benedictus, ille primus Veronenſis Ciuis, qui Cremonę artium fuit inſignitus Magiſterio; quod munus in præcipuos, quemadmodum, & Veronę Anterij illud conferebatur. Idque colligimus potiſſimum, pręter gentis ſcripturas, ex Binis Ducalibus literis, quæ cum Benedicti exiſtimationem indicent, & decus hic ſubaddere, nec eſt ab re.

Nicolaus Marcellus Dei Gratia Dux Venetiarum, &c. Nob. & Sapi Viro Danieli de Priolis de ſuo Mandato Poteſtati Veronæ Fideli dilecto Salutem, & dilectionis affectum. Magiſter Benedictus de Gulientijs Socer Magnifici Oratoris Illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani, apud nos agentis habere debet, vt expoſitione ſupraſcripti Oratoris didicimus Ducatos quinquaginta auri à quodam nomine Placento ſolutos aliâs cauſa dotis vnius Filiæ dicti Placenti, & quamuis Præter iſtic ſitis noſtro nomine hac potiſſimum cauſa, & facultate omnibus indifferenter ius æquabile di-

catis, & nullam, apud vos eſſe perſonarum acceptationem doceat, & velimus. In celeriori tamen expeditiorique Iuſtitiæ miniſtratione non dedecet, vt alij alijs gratioſiores videantur, quando præſertim huiuſmodi Virorum cauſa, & reſpectus intercedit volumus igitur, &c.

Dat. in noſtro Duc. Pal. die 27. Ianuarij Ind. 7. 1473.

A tergo. Nob & Sap. Viro Danieli de Priolis Poteſtati Veronæ.

Alia verò inſcripta eſt ſub die 18. Iunij Ind. 9. 1476. ab Andrea Vendrameno Duce, Franciſco Sanuto Poteſtati ad fauorem hæreditatis eiuſdem Magiſtri Benedicti Proaui Magnifici D. Oratoris Illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani.

Ex prima, cognatio colligitur, cum Oratore Mediolani Ducis, qui Gentis Olduinæ fuit itidem de Cremona, cuius propaginis Giliolus I. V. D. Collegij noſtri vixit annis ante plus minus 250.

Ex ſecunda verò, colligitur alia cognatio ſiuè adgnatio, non enim quis fuerit liquet, Orator poſſet enim eſſe Gulientię Gentis.

Poſt hunc, alijs omiſſis, oritur M. Antonius, Patre Io. Paulo, Matre Catharina, Nobilis Verzerię gentis de quà ſupra loquuti ſumus.

Hic legalibus imbutus literis, ex Collegiatis delectus, ſtantim eius virtutis candor, nec extra Vrbem latere inijciauit; Senatores idcirco ſinguli, dum regimina exercuerunt cum ſtatim in criminum Quęſtorem expoſtulatunt, quod officium, vt annuimus à ſummis ditionis Viris virtute, & Natalibus præſtantioribus exercebatur. Hinc ideo Brixiam, bis Taruiſium; hinc Cremam eſt accitus.

Patrios etiam Magiſtratus glorioſè ſuſtinuit Duumuiratum, pręſertim, Vrbanam Pręturam ſemel, quà ſtemmati literas has ſubſcripſit.

M. ANTONIO GVLIENTIO I. C. PRÆTORE.

Legationes nec non obiuit, quibus gloriam à Patria reportauit. In conſulendis etiam cauſis quanti fuerit fama iam ſupereſt, non enim corpore ſublato nemeſis inuida tantę glorię ſtamina intercidere potuit: fuit quippè ingenij verſatilis, quod nullis circumcauſis finibus, per quæuis diſciplinarum genera euagaretur diffusè, & ad omnia, quibus incumbebat paratus.

Deceſſit Vir memorandus ab omnibus conciuium ordinibus collacrimatus.

AVGV-

AVGVSTINVS IVLIARIVS CO-CAN. VER.



ANno 1387. Franciſcus Cararienſis Patauij Princeps, Ioann. Galeatius Mediolani Dux, Princeps Mantuę, inter ſe ſe fœdus feriere, vt Antonium Scaligerum è ditione expellerent Cararienſis idcirco pręcipuas Patauij Familias, quas ſuſpicioni locauerat, exilio dedit, inter quas eſt Vliaria, nunc Iuliaria dicta, quę cum Noualeis Bordonis, & Cermiſonſijs Veronam adiuit Curtio teſte.

Ex priſcioribus verò codicibus Iacobum ab Oleo, ſiuè Olearium legimus, Cararienſis pręfati, intimum, & Theſaurarium, qui cum fortaſſis ſtypes haud recipere valuiſſet, pecuniam ſubripuit, & cum Franciſco Fratre 19. Decembris 1375. ad Antonium, & Bartholomæum Scaligeros confugit, à quibus humaniter ſunt excepti, quà de re Baldus Magnihominis Iureconſultus, vtrum Veronæ commorari poſſent conſuluit, quod Conſilium Michael Cauichia Codicum conſcriptor, manu Baldi ipſius ſubſcriptum, & proprio Sigillo authenticatum ſe vidiſſe profeſſus eſt.

Hi Michaelem habuere Patrem, & Bartholomæum Fratrem Philoſophum, Theologum, & Oratorem, ob cuius virtutum merita, & vitæ ſanctimoniam ex Fratre Franciſcano Florentiæ

Epiſcopus deligitur, & poſtea à Bonifacio Nono Cardinalis, Titulo Sanctæ Pudentianæ anno 1389. qui dum Siciliæ legationem obiret, Gaietæ de medio eſt ablatus 1396. ibiquè his literis eſt humatus.

Hic iacet Reuerendiſs. in Chriſto Pater
D. Bartholom. de Vliaris de Padua
Dei Gratia Tit. S. Pudentianæ
Prasbyt. Cardin. Paduan. Regni Siciliæ
Apoſtolicæ Sedis Legatus qui obijt
Die XVI. Aprilis Anno M. CCC. XCVI.
Inditione IIII.

Tres memorati Fratres à Carolo Quarto Imperatore Sacri Palatij, & Aulæ Lateranenſis Comites, vna cum poſteris ſunt adſciti, anno 1395. 3. Idus Auguſti Praghę.

Inter iſtorum Nepotes, qui proprium, & gentis nomen armis, & literis extulere, fuére Iacobus Comes, & Stephanus, ille anno circiter 1400. hic 1546. inter Collegij Confratres adſcriptus, & Patrijs honoribus functus, adeſt enim ſuper Mercatorum ædibus eius ſtemma his literis.

STEPHANO IVLIARIO I. C. PRÆTORE
ANNO M. D. LIII.

Nec Medicorum Cœtu defuere huius Gentis præſtantes viri, quorum ſupremus eſt Paulus, qui in Roboreti oppido honorifico honorario Medicinam fecit, Oratoriæ etiam artis peritiſſimus fuit, edita eſt enim ab eo Oratio in Andream Lauredanum Prætorem, cum Conſilij duodecim Caput reperiretur, edidit nec non libellum de vulnerum Capitis curatione, quemadmodum expoſitionem proemij Hippocratis, de victu in morbis acutis, conuerſionem Galeni, Commentariorum in quattuor Libros de victus ratione, quos publicè fuerat Patauij interpretatus, aliaquè peregit glorioſa quæ latius, ex Chiochi Elogijs colligi queunt cui addo hunc Vrbanam Præturam geſſiſſe, quod alijs Medicis contigiſſe non adinueni, eiuſquè Clypeum his literis adhuc vſquè perſpicimus.

PAV-

PAVLO IVLIARIO ARTIVM, ET MEDICINÆ DOCT. VIC. M. D. LIV.

Eiuſdem artis fuere Hieronymus, & Claudius quorum ille aram erexit in Æde D. Bernardini hoc monumento.

Hier. Iul. Doct. Med. nomine ſuo, & Luciæ Landæ Vxoris præmortuæ D.D. Anno Domini MDLXXI.

Illi verò qui ad Militarem diſciplinam conuerſi maximum ſtrenuitatis nomen tranſmiſere, fuere præſertim Antonius Maria Veronæ Commiſſarius, & Octauius eius Vexilifer, qui anno 1539. dum in expeditione contra Turcas honorificis titulis, vt Chriſtianum nomen tuerentur dimicarent, ab inimicis non puſilanimiter, captiuati ſunt.

Parentum veſtigijs inhærens Auguſtinus inter Collegiatos adſcribitur anno 1604. 4. Decembris, & anno 1608. 31. Septembris ſumptis Eccleſiaſticis Inſtrumentis, Iacobo Iuliario eius conſanguineo in Canonicatù datur Coadiutor, cuius morum ſuauitatem, vitæquè innocentiam, & ſanctimoniam, magnifecit adeò Albertus Valerius Veronæ Epiſcopus, vt poſt memorati Florij Pedemontani obitum, eum in Generalem Vicarium conſtituerit, quod munus exemplo, & omnibus completis numeris ita geſſit, vt eo perempto idem Præſul eius exequias honorificentiſſimè parentaret, Sepulcrumque hiſce literis repararet.

ALBERTVS VALERIVS
EPISCOPVS
Auguſtino Iuliario
Iureconſ.
In vniuerſa ditione
Vicario ſuo
B. M.
M. DC. XVIII.

IOAN-

IOANNES SPVLVERINVS EQ. SERENISS. REIP. CONS.



SPoluerinorum nomen Veronæ ſemper Illuſtre fuiſſe iam ſupra aſſeruimus, idque vel eo maximè, quia cum ſanguinis fulgore non equeſtris decoris tantum gloriam ſed Iuriſprudentiam adequauerat atquè hoc ſuæ Gentis peculiare decus inter tantos pręclariſſimum Ioannes ſuſtinuit, maiorum enim quos itidem memorauimus exemplo, & ipſe 1617. 12. Iunij ſublato acerbæ ætatis impedimento eminenti, intercedente virtute Collegio fuit inſignitus paululumquè corruſcantia ſolis eius eloquentiæ radia Orizontem reliquerant cum arduis de cauſis Venetias Orator mittitur, quo munere cum nimia ingenuitate, & dicendi libertate ante Patres eſſet allocutus eis viſum fuit aliquantulum dicendi formam corrigere, & tandem innocentia pernota eius ſapientiam meritis præconijs magnificare.

Veronam hilari omnium ordinum expectatione profectus ei ſtatim præcipuum Duumuiratus munus contribuerunt Comiciæ, quod mirifica exercuit prudentia in congratulatione Franciſci Contareni Eques auratus creatus eſt, aſt non adeò Patriæ dignitates iterare maluit ob nimiam in Capitalibus cauſis aſſiduitatem, ſui enim, & maiorum temporibus

vnicus

vnicus Veronæ facundiæ Emporium dici meruit; hinc eſt, quod dum maximæ cauſæ forent agitandæ, hinc Patauium, hinc Venetias, hinc alias Vrbes Patronus vocatus eſt.

In pertractandis etiam negociationibus maxima imbutus dexteritate extitit dignotus, ita vt Sereniſs. Reipublicæ cauſa maxima celeritate ad Ducem Mirandulanum Orator mittitur. Vices etiam Nicolai Capello Veronæ Præfecti geſſit, vt Annam Mediceam Auſtrię Archiduci Nuptam per Venetam ditionem intromitteret, quam dignitatem maximo pompæ faſtu, & magnificentia ſuſtinuit.

Vt aliquando à ſuauibus ſtudij laboribus deſiſteret proprij habitaculi elegantiorem fabrefactionem pro otio ſibi delegit, quod aureis laquearibus, alijſquè inclytis operibus hac quam videmus forma decorauit.

Eius ætatis anno circum quinquagenario ob domeſticas agitationes, & diſcenſiones Venetias publico iuſſu accitus, per aliquot temporis incolauit, quo cum ampliſſimis Senatoribus eius virtutis candor foret exobumbratus Sereniſſimæ Reipublicæ in Iure Conſultor delectus eſt, mortuo Scipione Feramuſca Iureconſulto Patricio, & Equite Vicentino cuius ex fratre nepos ſupereſt Cæſar I. V. D. Patauij Præceptor meus, & modo in Ampliſſimum Venetorum ordinem cooptatus.

Hæc egerat Ioannes, ad tale faſtigium eius euolauerat fama, hæc merita decora ei contribuerat virtus, cum tactis de cauſis omni deſtituto auxilio per vrbem deambulans fuit plumbo inopinanter arreptus, cuius obitum lachrymis Conciues, dolore, & exequijs præſtantiſſimis, ſuperſtites ſpectatiſſimi iuuenes Octauianus, & Hieronymus ex Io. Baptiſta fratre (patrijs Magiſtratibus, & Prætura Vrbana conſpicuo) nepotes parentarunt, & clientuli mæſtiſſimi eius venuſtiſſimam imaginem ære celatam ædidere hiſce ſubſcriptam literis.

IO. SPOLVERINVS VERMIVS I.V.D.
Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ Conſultor, & Eq.
ætatis ſuæ LIV.

APPEN-

APPENDIX
ELOG. SVPERSTITVM IVDIC. ADVOCAT. COLL. VERON.

A IVLIO A PVTEO
eiuſdem Collegij conſcripta.

ILLVSTRISS. VIRIS, CLARISS. IVRECONSVLTIS Collegij Iudicum Aduocatorum.

IVLIVS A PVTEO I. V. D.

CVm nec Iudicum Aduocatorum Cætus Alumnis ſuperſtitibus careat, qui originis ſplendore, literarum peritia dignitatumque decore, Cætum ipſum, Gentem. Patriamque illuſtrent, inconcino quamquam, ac incompto ſtylo ipſe veſtrummet natalia virtutes, & dignitates hirquitallire decreui, ne quod præteritis iam contigit vobis ſuperſtitibus accidat, pauci etenim nulliuè tranſacti temporis Scriptores talium rerum curioſitati fauere, Illuſtriumque Compatritiorum reboan-

tem famam perpetuo comendare maluerunt; Hanc igitur Appendicem ſubaddere duxi, vt Poſteris talis fortaſſis materiei aſſeclis partem laboris lenirem, vtque obſequium meum erga voſmet ſpectatiſſimaſque veſtras Gentes quodammodo annuerem, non vt gloriam, & fulgorem vobis adaugere animaduerterem. Me tamen ſemper teſtante, quod ſi quid dignitatum, virtutumque quibuſdam demptum fuiſſe videretur id me tamquam notiſſimum lubentem egiſſe.

CAMILLVS SALERNVS EQ.



PIſtorij Hetruriæ antiquiſſima Vrbs annis 1313. à Florentinis, & Lucenſibus diutino prælio fatigata, & tandem deuicta, muris diruptis, agroque iuxta fœderis conuentiones inter ſe ſe diuiſo primi Florentini eas, Vrbem tùm occupando, tùm muniendo fregere, quam melius vt tuerentur Accianum Oppidum ab Vbaldina Nobiliſſima Florentiæ Gente emerunt, & ſtatim euerterunt, à quo nec procul Scarpariam ſtruxere. Quocirca Apoſtolicus Legatus Florentinos Sacris interdixit, nigrorum, & alborum factionum triſtis origo. Quorum primi cum è Florentia eieciſſent aduerſos, ex Piſtorio è conuerſo nigros eiecerunt albi; inter quos de Dulcetis maximi faſtigij Gens expulſa, Veronam, pro domicilio delegit. *M.S.A.fol.* 125. Cuius quidam priſcum retinuere cognomentum, & natalia operibus conſectati fuerunt, inter quos Ioannes, qui pro Cane Signorio anno 1362. fuit ad Mænia Prouiſor, Dulcetus, Suauij pro Scaligeris Præfectus anno 1375. & Bartholomæus ſtrenuus haſtiluſor, qui in Polentanis, & Scalanis Nuptijs propugnauit glorioſè.

Alij verò Salerno Auctore, de Salernis ſunt nuncupati, qui inter equeſtris ordinis familias ſemper ſunt computati. Ex eiſque vixit Ioann. Nicola ille, qui 10. Aprilis 1404. à Brunorio Scaligero Verona recuperata Eques aureatus primus addictus

 fuit

fuit, cum Friderico de Cyprianis, Gaudentio de Quinto, Thoma de Peregrinis, Gregorio à Leone, Antonio de Maphæis, & Guidotto de Monteſilice: & anno 1405. 5. Iulij ex Oratoribus Venetias ad ſe dedendum mittitur. Huius virtutem, & armorum peritiam nouerunt Florentini, dum eum Præfectum, & Bononienſes Præfectum, & Prætorem acciuerint, vt his verbis memorat Curtius ſub anno 1418.

Queſt'anno medeſimo fù chiamato da' Fiorentini al lor ſoldo, & per lor Capitano Giouanni Nicola Salerno honorato Caualliero, e Cittadino noſtro, perſona di gran valore, & eſperienza nell'armi, che in quella Guerra, & in altre impreſe ſi diportò egregiamente, & à ſe, & alla Patria acquiſtò non poca riputatione, & honore. Et l'anno appreſſo 1419. à requiſitione del Pontefice, ò come altri vogliono, de Bologneſi, che per molti Ambaſciatori gli ne fecero inſtanza anche à ſeruirli per Podeſtà, & Capitanio, nel qual'officio ſi diportò in maniera, che da tutti ne riportò grandiſſima lode di giuſtitia, & di prudenza.

Fuit etiam Almæ Vrbis à Summo Pontifice Senatoria dignitate condecoratus anno 1422.

Huic Petrus Eques ſucceſſit, quo opitulante Robertus de Sancto Seuerino à Mediolanenſibus occultè aufugit, & ad Venetos ſe contulit, à quibus ſupremus Præfectus delectus fuit, & Petrus annua vigintiquinque Ducatorum ſtipe donatus, *M. S. A. fol.* 44.

Ioannes Eques inter Illuſtres Oratores literatos memoratur à Blondo, & à Panuinio his verbis.

Idem Blondus, paulò poſt ipſo loco: Ioannes Salernus (inquit) Veronenſis ad Equeſtris dignitatis inſignia, doctrinam, & facundiam ſocias addidit.

Hieronymus in congratulatione Francìſco Barbadico Duci anno 1486. cum Spineta Malaſpina, Marco Antonio de Veritate, Franciſco Carminato Legum Doctoribus, Gregorio Lauagnollo, & Iuſto de Iuſtis Orator miſſus eſt, & cum duobus poſtremis aureatus Miles creatus, *M.S.A.fol.* 45.

Bernardus anno 1509. 19. Octobris Veronæ ab Imperatore cum Bartholomæo de Maphæis, Bartholomæo Peregrino, Angelo Maria à Burgo Equeſtri decore inſignitur.

Alios hæc Gens literis, & armis pertulit claros, cuius rei argumentum ſunt Trophæa Vexilla, & Clypea, quæ ſuper eius Lario in D. Anaſtaſiæ Baſilica adhuc appenſa ſuſpiciuntur.

Hac

Hac ſtirpe propagatus Camillus, nè à maiorum virtutis via aberraret, Patauij feliciter completis ſtudijs Veronæ exin Doctorali ſtemmate condecoratur, nec longè poſtea cum ex præclarioribus Vrbis Dynaſtibus deligendi eſſent, vt Ioanni Cornelio Duci creato Vrbis nomine: congratulationes offerrent Venetias Legatus eſt, quo munere adeo rectè ſe geſſit, vt ab eodem Sereniſſimo Principe equeſtri dignitate cohoneſtaretur.

Patria repetita omnibuſque ſupremis Patrijs Magiſtratibus, potitus hæc habet monumenta ſuper Mercatorum ædibus ſtemmati gentilicio ſubcelata.

Memor ſies
Camillum Salernum
Iureconſ.
Kal. Sept. An. M. DC. XXII.
Vrbanam Præturam iniuiſſe.

Hoc autem ſub illo.

Præturam Vrbanam
Ante hac honorificè geſtam
Geſſit iterum non inglorius
Camillus Salernus Eq. I. V. D.
Anno M. DC. XLI.

Duumuiratum etiam Vrbis maximo commodo exercuit, & pro tempore exercet, quamquam modo aliquando modeſtè inuitus, cum propè graui ætate reperiatur Collegij meritiſſimus Decanus, & ſpectatiſſimæ pater prolis, quæ maiorum, & patris normam ſequi redoletum præbet.

Ex hac gente ſuperſtites, ab materno alueo efluxere Co. Ioan. Franciſcus Biuilaqua, & Comites de Maphæis, memorati Rolandini filij.

OCTAVIANVS PEREGRINVS CO. ARCHIPR. RONCHI LOC. TEN. PATR. AQVIL. VERONÆ.



NObiliſſimam Peregrinorum ſpeciem vndecimiam Collegio dediſſe donatos, & annuimus, & publica Collegij ipſius documenta fatentur, quorum nouiſſimus eſt Octauianus Co. ſuperſtes Patre Euangeliſta ob merita à Senatu Comes declaratus Matre Iunipera ex Comitibus de Biuilaquis ortus.

Hic ſtudijs legalibus peruagatis diffuſè, Patauij lauream eſt conſequtus, & doctiſſimè Collegialibus experimentis exhibitis inter eiuſdem Alumnos applauſu perhonorifico eſt adſcriptus anno

Eius virtutem ab annorum primordijs, tum Ciuiles, cum Criminales ſententias promulgando, & eloquentiam ante regimine recedentes Vrbis Præſides indicauit, orando. Vrbanam Præturam maiorum inſtar exercuit, quapropter hanc memoriam ſubcelarunt Clipeo.

Memoriæ æternæ
Euangeliſtæ Patri
Octauiani I. C. Filij
Comites Peregrini
Prætores Vrbani
Quorum intemeratos Faſces
Poſteritas admirab.
An. Sal. M. DC. XVII.
An. Sal. M.DC.XXIV.

Duumuiratum multoties geſſit Conſulatum ſępenumero, & vlterius niſi ſuperno accitus clamore ad ſacra ſe minime conuertiſſet, vacante quippe Ronchi honorificentiſsimo, & opulento Archipresbyteratu à Marco Iuſtiniano Veronenſi Epiſcopo delectus ipſe eſt, & poſtea à Marco Gradonico Veneto Patritio, & Aquileienſi Patriarcha, Veronæ Locumtenens, quo Eccleſijs multis, & Ampliſſimo Canonicorum Capitulo præeſt.

Fratrem habet Franciſcum Co. Iuniorem ter hucuſque Vrbana functum Prætura, & inter præcipuos Vrbis Patricios cognationibus, opibuſque Illuſtrem.

BENE-

BENEDICTVS A PVTEO.



AD te accedo, Patrue, ſeù melius Pater optime, non enim minus tibi debeo, quam patri diligentiſſimo deberi poteſt, Patre naturali enim à teneris, vt inquiunt, vnguiculis, ad ſuperos euocato, quidquid ex ſtudijs delibare valui ex tua in mei excolendo ingenio vigilantia, & dignoſco, & profiteor. Si quid tamen meritorum prætermittam tuorum, id adgnationis imputes reſpectui, cum ne eidem peperciſſe viderer molitus fuerim.

Multipliciter Puteale nomen Veronæ claruit, alij enim ex gente Maffeia ſunt progemmati, & à Puteo de Maffeis ignota cauſa nuncupati, qui Illuſtribus cognationibus, & dignitatibus floruere, & hi Maffeiorum geſtant Clipeum addito rubro Puteolo in argentea planitie ſub prima aurea Ceruo obnoxia faſciola.

Alij Puteum rubrum in alueo aureo cum fune, & antilia habuere, hique ex Cremona, quo inter digniores Patritios à Sanſouino memorantur, Duce Bartholomæo I. C. Collegio anno 1596. donato effluxere.

Noſtra verò ex Claudio Mediolanenſi memorati Ioan. Donati Collegiati noſtri fratre progemmata eſt. Qui præter alios pronepotes Florium habuit, Bartholomæo, & Antonio Scallanis Fratribus cariſſimum, cui Canem ſuper Galea ſunt elargiti, eique Noua-

learum

learum Rus, cum omnimoda Iuriſdictione antea Marchiorio de Formaierijs venditum alienarunt die 25. Aprilis anno 1233.

Humatus eſt in Sancto Vitale antiquiſſimo Monumento, quod cum Patrum æuo ob perennitatem diruptum reperiretur hæc hodie exciſa leguntur.

Quem Temporis Edacitas
Conſumpſit Lapidem
Superſtites Putei
In Hanc Redigi Formam
Curarunt
Anno M. DC. XXI.

Vixit, & huius Nepos Bonifacius, qui annis 1421. inter Conſiliarios, & Vrbis præcipuos computator; ex quo, & ex Laura Carminata nobiliſſimæ Gentis Vxore, quæ Franciſcum 1450. & Aloyſium 1528. Collegiatos dedit Clariſſimos, & modo Comitatus honore coboneſtata eſt, Paulus oritur Opibus præſtantiſſimus ex eius quippe Codice in Pergameno innumera eius bona leguntur. Quarè nec longè ab Ardizzone à Puteo illo fuit, qui pro Sereniſſima Republica hæredibus Otti Baſylij fideiuſſit.

Fuit Paulus anno 1467. totius Benaci Lacus Littoris Generalis Vicarius, Sirmionique Oppidi reſidebat (Catulli noſtri Auogarij Patria cuius gentilis vixit Auogarius I. C. noſter 1350.) quo filiam Laziſij Fortilicij ſuſcepit, ex memorata Franciſca Pindemonta Aleardi filia à Vitale Faletro Patricio Veneto, & Caſtri Præfecto Fonti traditam Sacro. Fratrem habuit Gregorium Abbreuiatorem, ac Scriptorem Apoſtolicum.

Filium verò inter alios Bonifacium alterum habuit, nec ſecus ab Auo maximi faſtigij Patriæ Conſiliariorum, qui anno 1510. Leniaci Fortilicij Prætor creatus eſt, quam Prouinciam eximia iuſtitia, & prudentia ita pergeſſit, vt à Leniacenſibus Clypei ſuper publicis Ædibus monumentum meruerit.

Genuit & Benedictum Paulus, cui Abnepos Hieronymus extitit, ab Andrea de Burgo Cæſareo Legato Coruariæ Arcis fortiſſimæ, cum non paucorum Militum copia Præfectus addictus anno 1509. vt ex *M. S. A. fl. 56.*

Ex Boneto verò altero filio, & ex Agnete de S. Sebaſtiano memora-

morata naſcitur alius Paulus, qui ex Lucia Nobiliſſimæ Aleardæ Gentis Ioannem Baptiſtam ſuſcepit.

Hic gloriæ cupidus proaui Pedemontani à famâ laceſſitus Patauium ſe contulit, quo Græcis literis Aſtrologiæ, Mathematicę, Philoſophiæ, Medicinæque incubuit; & exin Medicam, & Phyſicam lauream reportauit manu Ioan. Baptiſtæ Montani Illuſtris Veronenſis Phyſici, & Patauij profeſſoris Primarij: cum quo maximam habebat neceſſitudinem: deinde Patrio Cætui adſcribitur, cuius numerus nobiliſſimus erat, neque è prioribus Patriæ muneribus eximebat alumnos. Clariſſimis quippe enitebat Viris natalibus, & honoribus, nec ſecus à virtute illuſtribus; hinc enim Fracaſtorios, Montanos, Lauagnolos, Bolderios, Campaneas, Fumanellos, Pindemontios, Iuliarios, Maroneas, aliosque in Chiochi, & Panuinij Libris legimus; quorum famam quidam virtute, & natalibus ſuffulciunt; inter quos Alexander Decanus nobiliſſimæ Liſcarum Gentis Alexander Brenzonius Bernardi memorati gentilis, & eximia virtute præditi, Hieronymus Franzoſius, cuius peritiam ab ſe ædita teſtantur opera; quorum nouiſſimum de motu cordis Carolo III. Mantuæ Duci nuncupatum adeò ei gratiſſimum extitit, vt Comes cum poſteris addictus fuerit, & Franciſcus Pona Eques auratus elocutionis portentum, atque à Cęſare Hiſtoriographus honorificentiſſimo diplomate vltrò creatus (ſed vt ad propoſita regrediar) Ioan. Baptiſtæ virtute ſtatim dignota Patauij publico profitendi munere fuit detentus, quo & inter exteros fama peruagata annis 1548. & 49. Epetij, Conſilij decreto, honorifica ſtype medicinam fecit, quibus elapſis ab Targurienſibus ad idem munus, & à Buiæ Inſulanis acclamatur hac Epiſtola.

Molto Eccellente Dottor.

Per la virtù, ſufficientia, & buona fama dell' Eccellenza Voſtra molto ben nota, non ſolamente à quella, ma ancor' à queſta Città per molte eſperientie viſte hoggi per Parte preſa in queſto Conſeglio è ſtata condotta in Fiſico da queſta Città &c.

Da Traù 20. Ottobre 1550.

Nicolò Arimondo Conte, è Capitanio, & li Giudici della Communità di Traù.

A tergo, *Al Molto Eccellente Fiſico M. Gio. Battiſta dal Pozzo noſtro Cariſſimo à Spalato.*

Patria

Patria repetita maximum ingenij ſui ſpecimen præbuit, & inter primos Archiatros veneratus eſt.

Ocij tempore aſtrologia admodum delectatus, ſyderales influentias naturales, quæ cum natiuitate feruntur vnicè prædicebat, quædam etiam medica ſcripſit, quæ cum quinquagenarius tantùm deceſſiſſet perficere non potuit.

Huius eximij Viri ita memoriam facit Chiocchus in Illuſtrium Virorum Elogijs.

Ioan. Baptiſta Puteus Patauij anno MDXLIV. Medicinam Theoricam extraordinariam publicè ſumma cum laude prælegit, cuius in Collegio noſtro viuunt Julius Puteus eius filius, & Io. Baptiſta Iunior pronepos Viri ſanè omni morum ingenij, & eruditionis laude cumulati.

Humatus eſt Vir præſtantiſſimus in Sancto Vitale primæ gentis Veronæ Parochia his literis.

D. O. M.
Vir inter Patria Illuſt.
Natalibus, & Virtute
Nuncupatus
Io. Bapt. à Puteo P. F. Philoſophia,
Et Med. Doct.
Epetium, Targuriumque Med. Ord.
Patauium Pub. Profeſſ. Mun. Honor. Stip.
Accitus
Verona Occub. Anno . . .
Ætat. L.

Iulium inter cæteros, & Marcum Antonium filios reliquit Primus paternæ virtutis fuit hæres, & cum eſſet cum Chriſtophoro Guernonio Com. & Eq. & Cæſ. Maximiliani Protophiſico maxima neceſſitudine coniunctus ope Guerinonij ad Imperatoris ſeruitutem eſt euocatus, quamquam ipſe minimè annuerit, artem enim didiciſſe profitebatur, vt Pauperum nulla lucri, ſpe, ſed caritate tantùm duce obſtaret valetudinibus. Hinc eſt, quod cum Io. Baptiſta eius filio, & mei Parente eiuſdem Collegij Alumno, nedum

dum ſic medebantur, verùm ægrotantium miſerorum proprio ære ſuccurrebant inopijs.

Andreas Balcianelli Phiſicus in eius opere.

Tale Iulij Anagramma his verſibus incluſit.

IVLIVS PVTEVS. PIVS EI VVLTVS.

Ne trepides illum alloquier, nec quærere ceſſes
Nam PIVS *eſt quouis tempore* VVLTVS EI.

Marcus Antonius autem ciuilibus exercitijs incubuit, quidquid enim à Conſilio expoſtulabat plenis ſuffragijs obtinebat; Multi idcirco Iuniores Vrbis Patricij in eius clientelam ſe recipiebant, vt ſe per eum ad Vrbis officiorum viam intromitterent. Æſtus tempore Venetias inuolabat, vbi à præcipuis Senatoribus amore aprimo proſecutus eſt.

Ex Iulio propagatus eſt Benedictus matre Laura nobiliſſimæ Fontanellarum gentis Scipionis I. C. memorati filia, & Marci Antonij eiuſdem numeri ſorore, qui Parentum excitatus exemplo, Patauium, vt legales literas acciperet ſe contulit, quarum elementa ex Iacobo Liuellio ſumpſit, qui ſuper inſtitutionibus doctiſſimè ſcripſit; audiuit poſteà Iacobum Gallum, Alexandrum Linditium, & Marcum Antonium Ottelium Vtinenſem primarium Iuris profeſſorem, & inter literis Illuſtriores elegantiſſimo Elogio memoratum à Iacobo Philippo Thomaſino Patauo Viro eruditiſſimo Æmonienſi Epiſcopo, qui dum hæc ſcribo Veronæ Epiſcopatus Sede vacante Ordinario tantùm ſpectantia munera omnium exercet applauſu.

Ex Ottelij manibus oratione luculentiſſima lauream accepit Benedictus, qui in diluendis, & reffellendis argumentationibus adeò Præceptori placuit, vt congratulatoria epiſtola patrem ſalutauerit (eum enim Patauij condiſcipulum habuerat) ipſi eximia virtute genitum adoleſcentem præfuturum prædicens, quod nec ſecus contigit, patrio quippe Collegio omnium voto anno 1623. adſcribitur, & ſtatim cunctis itidem ſuffragijs nullo penitus dempto inter Conſiliarios deligitur, quod nullis, vel pauciſſimis contigiſſe legitur: & ſtatim eius virtutis decreſcente fama Venetias cum Gaſpare de Veritate Co. ad Ioannem Cornelium Ducem legatur

anno

anno 1623. & adhuc ætatis acerbæ virtutis ſupra maturæ ad Duumuiratus dignitatem fuit ellatus, quam ſæpiſſimè geſſit, & modo Octobrino Menſe anni 1652. cum Iacobo Brayda digniſſimè ſuſtinet.

Vrbanam ter Præturam renunciatus eſt, cum enim ad forum ſe contuliſſet, præcipuas eiuſdem cauſas ei tueri neceſſe fuit, ea facundia, & virtute quam mihi nepoti exarare non licet, non enim præteritorum ſæculorum, vt præſentium memoro facta.

Ad Franciſcum Erizzium ſupremum belli Præfectum, & ad Aloyſium Mocedicum Commiſſarium, cum Gaſpare de Veritate Co. præfato primum, & cum Franciſco Eq. Spuluerino Marchione ſecundo anno 1629. Legatus publico iuſſu miſſus eſt; quod munus etiam ex multis in ipſum tantum contulit Patria; ad Mariam Mantuæ Duciſſam gemmarum cauſa, quæ ſupra Veronenſi Pietatis Monte reperiebantur, qua legatione, & Optatam Vrbis gratiam reportauit, & Duciſſæ eiuſdem affectum ſibi conciliauit, multis quippè eius cohoneſtatus eſt Epiſtolis.

Conſulatu innumero potitus eſt, cuius iudicandi experimentum, & integritatem ita magnifecit Aloyſius Mauroceno Vrbis Prætor, & poſtea D. Marci Procurator, vt bis eum in Vicegerentem Prætorium adſciuerit quanquam Veronenſes exigant iura.

Publicorum quoque Iurium Patronus, & modo eſt, & in Pigotij Feudo Nobili Gentili, & Caſtellania cum me, & poſteris primogenitis inueſtitus, omnimoda Ciuili iuriſdictione, & vectigalium exemptione.

Alia multa exarare poſſem, quæ cum quorumcumque ſub cognitione ſuperſint lubens prætermitto.

Ocij æuo ſuburbanam D. Michaelis Villam incolit, vbi antiquum Gentis exornat habitaculum ibique affluentes, & Nitidas aquas è famoſiſſimi Montis Aurei (iam Creſcentiorum Pagi ante quam è Verona Romam proficiſcentur) flumiculo exantlatas, quibus amęniſſima prata, vineis, calibus vndequaque diuiſa, & pomaria irrigat, & condecorat. Cubicula etiam exornauit Picturis Illuſtrium Familiæ Virorum Imagines exprimentibus. Oratorium quoque concinnum erexit, opitulante Io. Franc. Mauroceno tunc Abb. & modo Venetiarum Patriarcha memorati Aloyſij Fratre, quo ſub gentili ſtemmate hoc in tantæ pietatis teſtimonium poſuit monimentum.

BENEDICTVS PVTEVS
Iuris Conſult.
Iulij Phiſici Filius
Tunc Com. Veronæ
Prouiſor
Annuente Pont. Max. Vrb. VIII.
Oratorium
A Fundamentis erexit
Anno M. DC. XLI.

Alia eodem loco maioris decoris parantur quotidie ſicuti fortunæ ferunt, & conditio permittit: quæ cum memorauerim ne corrigar, ſat enim delitias meæ fuiſſe aſſerere ſit iuuentę.

Supereſt etiam præter alios meæ Gentis Veronæ, Vincentius Iuriſprudentiæ Patauij Laureatus, & modo Benedicto mei patruo, in Duumuiratus munus ſuffectus.

Cæteros gentiles ex eodem ſtypite ortos item ſuperſtites omitto, Franciſcum ſcilicet Marchionem, & Sabaudiæ Ducis Bombardarum Generalem, Equites Hieroſolymitanos, & alios quorum tamen Caſſianum haud ſylere valeo literis omnibus, & varijs linguis peritiſſimum antiquitatum celeberrimum indagatorem, literatorum Mecenatem, Diui Stephani Equitem, Commendatarium, & S. M. de Caburro Abb. qui adeò Vrbano Pont. VIII. cariſſimus fuit, vt ſacra purpura eum cohoneſtare decreuerit; quod tamen inopinata nemeſis interdixit; neque ſilere poſſum Paulum Capucinum Fratrem Pauli Senatoris filium, Io. Baptiſtæ, & Honorati Equitum Hieroſolymitanorum, aliorumque Heroum Fratrem, qui ſuper Cathedralis ſuggeſtu glorioſa Tuba diuinum nunc ſeminat verbum.

M. AN-

M. ANTONIVS CLODIVS CO.



ORdinis ratione ſuccedit M. Antonius Clodius Comes, Vir eruditiſſimus cognatus, & Dominus meus excollendus, cuius præclariſſimæ gentis originem ex Regillo Sabinorum Oppido, Accium, Clauſum, poſtea Appium, Claudium nuncupatum dediſſe, Domi eius virum nobilem, & clarum quem à ſeditioſis Rogillo expulſum Romam magna clientum manu profectum fuiſſe comprobat Richardus Streinius.

Hic Conſulari dignitate fuit inſignitus, & Claudiorum, inde Clodiorum clariſſimam Gentem progemauit, inter Patricios Lucretio iterum Coſſ. cooptatam, tot Conſulibus, Prætoribus, & illuſtratam Præfectis, quæ quamquam in Regillenſes, Pulcros, & Nerones fuerit tripartita, quæque tamen excelſæ nobilitatis nitore corruſcauit.

Ex Claudia Regilla Clodiorum Familiam efluxiſſe Veronamque Coloniam conceſſiſſe conſtat, non enim tantum eam Panuinius inter ex Romæ oriundis, & indigenis Ciuilitate donatis ſuputat verum Lapidum numerus Veronæ, & eius in agro repertus id inexitanter teſtatur, hi quippè eodem inſeruntur Panuinio.

Maderna.
Herculi Deo
Valerius. Seuerus,
Et Clodia. Corneliana.
Pro. L.
Valerio Corneliano.
V. S. L. M.

Hunc autem inter baſes Tabulas, ſeù Vrnas Sepulcrorum VI. Virorum Auguſtalium Veronenſium locat Panuinius idem.

V. F.
Sex. Clodio
Vi Vir. Aug.
Et Aggoriæ. Marcellæ
Vxori. Eius
Et Clodiæ Amandæ
Licinus Pat.

Iuxta Portam Burſaream.

Cn. Cornelius
Q. Coruini. L.
Meritus.
Vi. Vir. Aug. Sibi,
Et Clodiæ
Antonianæ, &
L. Creſtaeſio. L. L.
Contubernali.

Propè Benacum alius reperitur, quem idem inter cippos Tabulas Vrnas, Araſque Sepulcrorum Veronenſium Ciuium numerat.

D. M.

D. . M.

Caſſiæ. M. F. Feſtæ

Clodia reſtituta

Filia Dulciſſimæ

Quæ. Vixit. Ann. X X X I I I.

Dies X L I.

Et Q. Minucius, Macer

Coniugi Kariſſimæ

Viuus. Dedit.

Ad Abbatiam Villæ Nouæ.

V. . F.

Clodius Firmin.

Veneriæ Vxori.

B. M. & Faleriæ

Valerianæ

Filiæ pijſſim,

Et ſibi.

Sirmione in Cimiterio ædis D. Virginis.

P. Clodio. P. L.

. : : P. . . . .

Ex auctario verò Monumentorum Ill. Vir. Ioann. Baptiſtæ Liſcæ, & Cozzæ de Cottijs ſtudio alij hi lapides Panuinio ſunt inſerti.

In Academia Philarmonicorum.

D. . . . . S. P.
Herculi, & Iunonibus
L. Valerius. Seuerus,
Et Clodia
Corneliana.
Pro. L. Valerio
Corneliano.
V. S. L. M.

In fronte magni Sepulcri.

Cn. Arrius. Cn. F.
Catronius IIII. Vir. D.
Ap. Q. Aer. . . . &
V. F. D. M.
Clodia. Hedoni. Coniug.
Sanctiſſima. Cum, Qua
Vixit Anno. XXXVIII.

Hic tandem, apud Sanctam Anaſtaſiam Domi iam Bolderiorum.

M. Catius. M. F. Tertius
M. Tullius. M. L. Attius
C. Cominius. C. L. Fœlix
C. Clodius. C. L. Paratus
. . . .
. . . .
Quartus Manilius
Vſtrina. Commune
In. Fr. P. . . . . .

Ex his Clodios ſuperſtites prodijſse ferunt, qui poſt hæc tempora etiam Romani faſtigij redolitum ſemper præbuerunt, vtraque

que enim Minerua Gens tanta Viris enituit Illuſtribus, quibus prætermiſſis, vna cum antiquiſſimo Monumento, in D. Pauli Æde, & antiquiſſimis ſtemmatibus, ſuper Mercatorum Curia, omiſſo Viro ſtrenuo, qui egregia contra Turcas nauauit opera tunc cum Diuæ Iuſtinæ die Sacro profligatis inimicorum armis Sereniſſimæ Reipublicæ nomen (ſi potuit) glorioſior euaſit. Omiſſo, & Iuliano maximę eruditionis, & integritatis Viro inter Compatricios Conſiliarios vnicè venerato, ad Marcum Antonium accedo, anno 1624. Collegiatis adſcriptum, qui virtute, & negotiandi prudentia adeò præditus fuit à Patria dignotus, vt anno 1628. præmaturæ adhuc ætatis ad Duumuiratus munus euehi promeruerit, quod iterum, atque iterum in ipſum collatum videmus.

Vrbanam etiam Præturam ter glorioſiſſimè ſuſtinuit, in cuius locum, cum poſtremò ego ſuffectus ſim rectè teſtimonium perhibere valeo quanto ordine, & cauſarum copia, & litigantium caterua à digniſſimo Tribunali abdicauerit.

Legationes tum ad Senatores Ampliſſimos cum maximis de cauſis ad Sereniſſimos Duces ſæpiſſimè pertractauit, ita vt poſt quam eius nomen prolatari cæpit nulla ferè legatio, quin eius curæ commiſſa fuerit, ſicuti nunc Venetijs reperitur eadem fungens Prouincia, cum Antonio Portaluppo Iureconſulto noſtro, qui ſimul publica iura ante ſapientiſſimos Patres tuentur.

Tanta eſt Clodij pertractandi gratia, vt omnium Senatorum ordinum affectum, & amorem ſibi comparauerit exumium, quem perpetuo monumento notatum maluerunt, cum eum Michaelem Fratrem, & genitos honorifico Comitatu inſigniuerint.

Huic edendi Panuinij cura ex S. C. data fuit, in qua re qualiter præmuerit ex eius præfatione operis initio locata facillimè legi poteſt, quod etiam agnouit Bibliopola, dum in Vrbis delineationis Tabella eius gentilitium hoc addito poſuit Elogiolo.

M. ANTONIO CLODIO COMITI, ET I.V.D.

Viro nomine omni Ampliſſimo

Verona ſe Ciuitas

Deuouet

Illi debita.

Cuius præcipuè ſingulari cura

A temporum iniurijs vindicata

Sua refert accepta decora

Excipiat igitur Vir Auguſtiſſimus

Qua oris aſſolet Comitate

Animo verius expreſſum quam manu

Pauli Frambotti

Obſequij argumentum.

BONA-

BONAVENTVRA GVLIENTIVS.



NEc te deſeram Bonauentura ſpectatiſſime nom quippè minus nomen tuum colo quam ſanguinis expoſtulat coniunctio.

Nepos ex fratre memoratæ perantiquæ Gulientiæ Gentis Marci Antonij I. C. hic oritur, Nepos autem ex ſorore Vincentij Nobiliſſimæ Emanuellorum propaginis, ex qua is non tantum, at Gaſpar vixit Collegij noſtri meritiſſimi Iureconſulti, in quos digniora munera ſæpiſſimè contulit Patria, eorumque ſtemmata ſuper Mercatorum Ædibus (eximiæ præter virtutis ſuperſtitem famam) adhuc ſuſpiciuntur, ita vt meritò gloriari poteſt præſtantiſſimus hic I. C. Patruum, Matruumque inſimul habuiſſe viuentes bina Collegij, & Vrbis tunc fulgentiſſima radia, cui non parum gloriæ contribuerunt virtute.

Horum, & Auito exemplo, politioribus perceptis literis Bonauentura, Patauium, vt Iuriſprudentiæ dogmata reciperet, ſe contulit, quo poſt paucas à præcipuis eius ſęculi Pręceptoribus lecturas perceptas, breui temporis morula, doctoratus lauream eo reportauit aplausù quo, apud innumeros, tum Patauij, tum Veronæ, tum alibi floreſcit adhuc memoria. Patria repetita, & virtutis ætatem ſuperante malitia, eiuſdem obtenta à Collegio acerbitatis gratioſa indulgentia, inter ipſiuſmet alumnos omnium connumeratus eſt votis anno 1630. die 22. Aprilis, cuius nomen ſtatim

ſtatim, apud compatritios, & alienigenas germinante fama, ad Vrbanam Præturam non ſemel euocatur, cui tamen renunciauit; Duumuiratu verò ſæpiſſimè potitur, difficilioraque Vrbis negotia eius curæ ſunt commiſſa, hac enim tempeſtate nulli memoriæ profunditate, Iuriſprudentiæ, aliarumque diſciplinarum peritia, diſcurrendi, & ſuadendi dexteritate, & promptitudine, Vrbanarum rerum experientia Bonauenturam antecellunt, paucique ei æquiparantur, innumeri quamquam reperiantur profectò inferiores. Anno præſenti 1653. ob res Venetijs in ſummam patriæ vtilitatem præclare pergeſtas ducentum argentearum vnciarum propriæ, & Vrbis Clypeis inſignitarum munere, & meritorum ſpecioſiſſimo in Vrbis ſcriptis teſtimonio cohoneſtatus eſt.

Alia permulta exarare de eius virtute valerem, quæ ſuperiori ratione, cum ſcilicet de ſuperſtite loquar omittam, quemadmodum Ioann. Paulum genitum, qui ab parentum fama laceſſitus Doctoralia Iuriſprudentię ſtemmata iam Patauij percepit.

IO. BAPTISTA A BOVO.



EX Narbonenſis Galię Nobiliſſimis Gentibus ea à Bouo ſanguinis ſplendore, & principatibus claruit, quæque annos circiter ab Incarnatione 700. D. Bouum genuit Nugliers eiuſdem Prouinciæ Oppido inter Treuis, & Gras haud procul ab Equore ſtructo, propagatum, Patre Nelfredo, Matre Odolinda, qui literis, armiſque datus pro Chriſti fide bellum gerendo, Aſiæ quendam Regem profligauit, duxitquè captiuum, cumque Sacro tradidit Fonti, cum alijs permultis. Bouienſem quandoquidem Familiam tunc Narbonæ extitiſſe præcipuam annuimus quemadmodum poſtea; verum eius regionis à Bouo Marchionum linea reſtincta à Nobiliſſima Gente de Guiſa huiuſce adgnata propinquiori hęreditas, & iura addita ſunt.

Tanti generis vixere Moranus Azo, cum alijs fratribus, qui, vt promiſſionis Regionem Orthodoxæ fidei ſectatoribus adipiſceretur, ex Galia, cum alijs Principibus Cruce ſignatis, in Italiam conceſſerunt anno 1202. at ex cauſis à Corio *Par.* 2. relatis, vt Iaderam ſuperarent ſe Venetis copijs ſpecioſiſſimo titulo coherere; quapropter Moranus, & Azo Patauium, pro Domicilio ſibi delegerunt, quò per longum tempus Morani poſteri Bouati nuncupati, teſte Morigia opibus, & cognationibus floruere quorum Beldomandum comperio ab anno vſque 1298. eius Vrbis Syn-

Syndicum, & B. Marcum Geſuatorum Ordinis, cuius Frater Paulus Morigia, dum vitæ ſanctitate, & ſanguinis Nobilitate viros ſuputat Illuſtres ita ſcribit.

Marco figlio di Franchino Padouano dell' antica, & Nobiliſſima caſa del Boue, detta de Bouati, hebbe l'origine nella Prouenza, doue fù Santo Bouo di queſta caſa.

Ipſiuſmet Ciuitatis Medoaci Riuulus reperitur BOVETA nuncupatus quem (vt ipſe puto) vel quia ab hac gente per Vrbem fuerit intromiſſus, vel quia propè ipſum ædes habuerit ab eadem tale nomen accepiſſe crediderim, quod opitulatur, Icon vetuſtiſſima aquaticę mulieris è vaſe aquam profundentis ſuper, quo Gentilitium del Bouo Domi Ioann. Baptiſtę noſtri hucuſque aſſeruatum conſpicimus. Verùm paucis præteritis annis Patauina hæc propago ad nihilum eſt redacta.

Azo autem cum in Veronenſium auxilium contra Mantuanos vocatus fuiſſet, eoque in bello ęgregiam nauaſſet operam ab ijſdem Ribaldorum caſtro donatus eſt, quinquemilia circiter paſſuum ab vrbe ſegregato, ab cuius cognomine Boui caſtrum nuncupauit hancque, hucuſque denominationem retinet.

Id præter alios idem Morigia hiſce literis annuit.

Morano, & Azo con altri per andare contro Saladino Soldano all'acquiſto di Terra Santa circa l'anno 1202. andorno à Venetia, & s'annidò parte in Padoua, & Azo in Verona, che hebbe per le ſue virtù il Caſtello de i Ribaldi, che eſſo chiamò il Boue.

Hanc Arcem apprimè muniuit; eiuſque poſteri ſummis honoribus, & diuitijs fuerunt cohoneſtati, & parentum Nobilitatis memoriam vnquam deſeruere, in Diui Firmi Maioris, quandoquidem Periſtylo Sepulcrum his literis celatum reperitur.

Sepulcrum Donati, Iacobique Antonij,
Et eius Filij antiqua Bouiorum Familia,
Qui ambo mortui ſunt in Anno M. CD. LXXI.

Verum enim, verò Ezzelini de Romano ſæuitia hanc gentem ad nihilum fermè reduxit, quamquam multa ab eadem beneficia, non ſemel reportauerit à Petro veluti, qui dum eius nomine Treuenzoli Caſtro præeſſet à Co. Rizziardo de Sancto Bonifacio

nifacio captiuus Mantuam ductus eſt, anno 1243. quamquam generoſa Comitis munificentia fuerit ſtatim dimiſſus.

Eundem anno 1250. Ceretam Prætorem miſit, & poſtea tantę ſeruitutis immemor Ezzelinus cum præcipui Ciuium ordinis reperiuntur, cum Fratribus, & alijs Nobilibus captiuari iuſſit, & tanquam perduellionis reus quamuis de tali crimine probatum non fuerit pœna capitis cum ijſdem mulctatus Curt.

Ex huius Nepotibus vixit Celeſtinus Militum ſtrenuiſſimus Cenſor, qui ob Canis Grandis ſuſpicionem cum Fregnano Scaligero anno 1354. iniuſtè fortaſſis cęſus eſt.

Hæc excidia Familię numerum non tantum, verum bona acriter diminuere, & einſdem Caſtrum non ſemel demolitum fuit alijs etiam de cauſis, quæ ex literis vetuſtiſſimis ſuper obeliſco propè Boui Eccleſiam D. Bono à Gente dicatam, & propè curiam his colliguntur.

Ocaſum verſus.

Chriſtus Rex venit in pace,
Et Deus Homo factus eſt.

Meridiem.

Iecerino de Rom. Veron. Imp.
Brix. & Mant. Paquario Deſcendentes
Caſtellum cum Curia Boui
Acriter bello deuaſtarunt
I. Iunij M. CC. XXXIV.

Ad cuius conſcriptionis calcem Gentis Clypeus exciſus conſpicitur.

Orientem.

Poſt hæc tempora
Cane Dom. della Scala
Carolus IV. Imper. fixis
Tentorijs in Suburbano
Loco Tumba diſcedens
Ferro, & igne conſumpſit
Denuo VI. Julij M. CCC. LXVIII.

Septemtrionem tandem.

Ciuis Eg. Barth. F. Q. D. Jo. del Bouo
Readificauit illud An. M. CD. XLVIII. & vltra.

Circumſcribitur porrò totus Obeliſcus his literis.

Mem. erit teſtam. S. virt. oper. S. Annunciauit
Populo S.

Claudere, & huius viri Principum ſeruitute Scalanorumque potiſſimum, qui dum mœnia Vrbiculam verſus erigere aueret ſiue munire, vel potius inſtaurare Paulo à Bouo, cum alijs quos, ſupra memorauimus in Ioanne de Madijs cura data eſt, & anno 1407. Zeno venator eximius, cum multis proceribus, ita ſtrenue in Haſtiludio concertauit, vt cum Sandro Liſcha Eq. veluti granati munus reportauerit, vt ex Annalibus. Abb. Sancti Zenonis. Gonzagarum, nec ſecus Franciſcus enim Mantuæ Demarcus Nobiles, Bartholomæum Patrem, Antonium, Ioan. Andream, Ioan. Syluestrum, Zenonem, & Thomæum Filios à Bouo per ditionem tranſire permiſit tribus famulis comitantibus, armis, & ſarcinis enixe pro eodem priuilegio cæteros Principes rogando, quod confirmauit Vincentius Dux Magnificis Excellenti Thomæ Medico, & Bartholomæo Fratribus, Ioan. Paulo, & Claudio Nepotibus, & Ludouico Claudij Filio ex Nobil. Bouiorum Familia, & tandem Maria ſuperſtes, Ioanni Baptiſtę Doctori noſtro, & Hieronymo Filijs Petro, Claudio Iuniori Franciſco, & Bartho-

lomęo

lomeo, ex Ioanne Baptiſta nepotibus antiquæ Bouienſis Familię. Huiuſce domus affectum Bouiorum maiores ſibi conciliauere, nedum cum Principibus non ſolùm ſingulis multis in rebus inſeruiuerint, verum proprijs Boui domibus eos hoſpitati fuerint, vt eius regionis planicierum, Pratorum, nemorum, fontium venationumque fruerentur amęnitate.

Thomę memorati virtutem ſiue Zephirielis (Gregorio enim XIII. inſtetit Oratione pereruditа, vt ſibi nouum hoc nomen imponeretur cauſis in ipſa deductis) quamuis hoc loci exarandam non habeam, cum volumina potius ipſa tantum mereatur veruntamen, vt huius Gentis virtutis amor profectuſque indicetur, eum omnium diſciplinarum ſintagmatibus fuiſſe exornatum aſſerere fas eſt.

Hic orbem euagatus per annos 27. præcipuoſque Palladis, & Bellonę anteſignanos quęſitatus, apud Carolum Quintum contra Germaniæ Proteſtantes honorificis titulis dimicauit quemadmodum, apud alios Principes.

Ad Patriam reuerſus nulla quamquam laurea percepta rerumnamque eſſentiam ſe tantum obſeruatorem profeſſus eſt medendi arti nullo lucri munere, ſed ſola glorię auiditate, & caritate motus ſe dedidit profundis arcanis haud ignarus.

Scripſit Clementi Octauo pro Henrici Quarti benedictione eis rationibus, vt eius placitum à Paſtore ſuſceptum fuerit Romamque vocatus Epiſcopali dignitate eum decorare decreuerat, quam ipſe ijs de cauſis reſpuit quas refert in alia Epiſtola ad Paulum Quintum Sereniſſimę Reipublicę Interdicti, ergo, quam nedum Mercurio Franco inſertam, verum ſolam typis Veronæ miſſam anno 1606. altioris manus decreto adhuc vſque perlegimus.

Alia eius virtutis monimenta reliquit hiſce partim editis operibus videlicet.

Jn proſa Latina de Trinitate perſonarum in vna eſſentia.

Lingua vernacula il Flagello, il Melampigo, & il Fulmine contro Medici Putaticij. Rationali tribus voluminibus ſegregatum.

Trattato del male contagioſo tenuto per peſte da molti, con li rimedij da medicar gl'afflitti, & conſeruar i ſani.

Delle cauſe de moti de Cieli, & per la cauſa, che ſi mouino.

Delle ſoſtanze eſtratte, & forme ſeparate.

Della diſpoſitione ordine, & prouidenza d'Iddio nel gouerno del Cielo della Terra, & dell' Abiſſo.

Della creatione dell' anime noſtre oue, & come Iddio benedetto le creò; & informò.

Del modo, come ogn' vno poſſa ſapere ſotto qual preſidenza Angelica ſia poſto, & da qual Angelo particolare ſia retto nominatamente.

Cum tandem hiſce confectis annos 88. vixiſſet diem clauſit poſtremum, & in D. Petro in Carnario conditur hoc marmore.

Syderalia
Cura Medica Reſtituta.
Zephiriel Thomas Bouius
Iunxit Auinxit
Encyclios
Centrum, Terras, Maria, Æthera, Cælos
Luſtrauit.
Mirifica protulit monſtruoſa
Scit Patria, Scit Orbis
In ſinu acquieuit immortalitatis
XIV. Kal. Octob. M. CD. IX. Æt. vero LXXXIIX.

Ipſe tamen his literis humari prius teſtatus fuerat.

ZEPHYRIEL THOMAS BOVIVS ITA TESTATVS EST.

Luſtraui centrum, terras, maria, æthera, & Orbes,
Cultoreſque ſuos ſed eum qui cuncta creauit,
Et fouet, & curat diuino munere captum
Agnoui ſupra humanum, & mortalia iura
Hoc ductore via purgata ſanguine ſacro
Jmmaculati Agni Cæleſtia Templa ſubibo
Inter cælicolas æterna in ſæcula lectus,
Sic Diuum atque hominum mihi Rex monſtrauit ab alto
Cum me pro foribus ſtatuit flammatis Olympi
Vnitrinus vbi diuino flamine mentes

Angelicas

Angelicas noſtraſque nutrit ſaturatque beatque
Da Pater Omnipotens ſubeam da Sancte Redemptor.

In huius viri honorem carminibus elegantioribus cecinere Iacobus Nouellus, Iulius Signius I. V. D. Paulus Antonius Bonfilius Seruita, & alij Dionyſius Lafrancus Reg. Federicus Cerutus.

Ex tanti faſtigij, & virtutis gente ortus eſt, Ioann. Baptiſta Patre Claudio, Matre Blanca ex Nob. Mundella Familia Mediolano oriunda, & à Petro, & Tadeo Fratribus Ambroſij Filijs Veronam translata anno 1407. nedum eius Ciuitatis præcipua, & à Galeatio Mundella, Ioann. Galeatij virtutum Comitis Conſiliario admodum elata verum Veronæ ab Aloyſio Medico eximio Illuſtrata cuius dignitatum, & virtutum memoriam facit Chiocus in Pauli Iuliarij, Franciſci generis Elogio.

Hic fortunæ bonis cognationibus vtique præter memoratam originem clarus Collegio noſtro cohoneſtatus anno 1634. patriæ dignitates adeptus eſt, Duumuiratum præſertim iterum atque iterum, quo munere conciuibus decus, & commodum reparauit, & Vrbanam Prçturam cuius reliquit ſuper Mercatorum Atrio hoc monumentum ſtemmati ſubcelatum.

IO. BAPT. BOVIO I. C.
Pratori
Optime merito
P. P.
XX. Februarij M. DC. XXXIX.

Verum hæc veluti de more, cum recenſiſſet maioris gloriæ famam ſibi comparare maluit dum Artifices neceſſarijs legibus à Conſilio muniri curauerit, quæ volumine continentur vulgariter Bovia Statvta nuncupato eiuſque initio legimus ex Conſilij Decreto hçc prçcipuè verba.

Jta prudenter conſulente Magnifico, & Excellenti Domino Joann. Baptiſta à Bouo Vicario ipſius Domus.

Morum ſuauitatem, virtutem corporiſque venuſtatem memorarem ſed nota loquerer, & ei, & Hieronymo Fratri cum indicibili neceſſitudine domus mea coniuncta ſit, ne eidem videar indulxiſſe prætermittam; & cętera, quæ ſilendo potiùs referam.

Huius Equinonima Bononiæ Clariſſima reperitur præſulibus potiſſimum Illuſtris, an verò eadem, cum hac fuerit reperire non valui.

MICHAEL ANGELVS ALGAROTVS TEMPRARINVS.



VTramque Familiam ſectatur virtute Michael Angelus Algarotam ſcilicet gentilem, & Temprarinam adgnatam qua perempta, cum hæreditate cognomentum huius tulere maiores.

Hæc viris claruit præclariſſimis quorum fama duobus Vrbis noſtræ clauditur luminaribus Sperandeo, & Franciſco; quorum primus ex Sancti Zenonis Abbate anno 1313. Secundus eadem Abbatia condecoratus, anno 1320. ad Epiſcopatum Vicentinum promouentur: illa verò honeſtiſſimis propagata natalibus iam della Sirena vocata, præter alios Petrum Toniolum tulit alterius Petri Nepotem, qui Aprilis Menſe anno 1547. Ioann. Franciſci donato Filiam, & Franciſci Fratris Venetorum Ducis Neptem in vxorem duxit ab eoque Principe Eques, & Comes cum poſteris declaratur tanta morum eius erat Comitas pertractandi præſtantia ingenſque opum quantitas, vt refert Cæſar Borſettus.

Dedit, & hæc gens Victorium Algarotum Collegij Medicorum alumnum prȩſtantiſſimum, cuius viuidum ingenium Pillulas Algarotti nuncupatas adinuenit, de cuius medicaminis vtilitate Commentariolum edidit, aliaque peregit quæ ab Chioco in Illuſtrium Medicorum memorantur Elogijs.

Ex tantis præſtantis conditionis viris naſcitur Michael Angelus, verè Angelus eius ſiquidem mores, nec ab illis (in quantum

tum humanitatis fert ratio) diſſimiles ſecernuntur quibus, & pertractando, & loquendo, & operando quorumcumque ſibi conciliat affectum.

Collegiatis adſcribitur anno 1639. poſt quod temporis tum in Conſilijs præſtandis, & conſcribendis cum in ſententijs ferendis quanta fuerit legalis ſcientię peritia edocuit. Sententias nec non Cætus mandato appellationis inter Nobiles Aſcriuienſes ea ſcripſit doctrina, & elegantia, vt quis eas percurrerit iure cedro minimè indigna iudicauerit.

Conſulatum ſæpiſſimè geſſit ſicuti annorum indulget accerbitas qua tamen non refragante ad maiora fuiſſet euectus niſi eiuș modeſtia à talibus animum abdicaret, quod tamen pauliſper protrahetur in longum ſi populi, & Ciuitatis annuerit aclamationibus.

ALE-

ALEXANDER BONIOANNES.



EX Ariminenſi Vrbe tum noſtratem, tum Romanam Bonioannam Gentem priſcas exantlaſſe radices, Clypeum equiformem eademque nomina, quibus vtramque vti videmus ſatis comprobare putauerim. Romana enim binas rubras erectas faſces in argentea geſtat planitie Veronenſis autem, eũdem alueum, eaſdem faſces complectitur aptitudine tamen aliqua de cauſa commutatas, vt ſuperius eſt videre.

Romana Heroes genuit pace belloque præclaros, & Eccleſiaſticis muneribus apprimè cumulatos quorum digniſſimum Bernardum à Paulo Papa III. Camerienſem Epiſcopum creatum, qui Tridentino Concilio interfuit, & ſcripſit peritiſſima, ac doctiſſima volumina, cuius inter alios pronepotes ſupereſt Franciſcus Sacræ Cameræ Apoſtolicæ Clericus quem ad maiora, Deo, & Sancta Sede propiciantibus citò elatum videbimus.

Veronenſis verò quo valuit proprium nomen haud efferre reliquit, & opibus, ac cognationibus claruit, quamquam bona multa è familia matrimonio Nicoloſæ Franciſci filiæ, & Alberici Marchionis de Malaſpinis abdicata fuerint, inter cæteros verò proceres quorum in D. Georgij periſtyllo meritiſſimi clauduntur cineres his literis.

NOBI-

NOBILIVM DE BONIOANNIS.

Præter nec non Laurentium digniſſimum, ac profundiſſimum noſtri Cætus alumnum comitate, leporibus, literisque à paucis comparatum, ac præter eius fratres ſuperſtites Benedictum Oliuetanæ Religionis Abbatem, & ſecundo modo Viſitatorem, Maioribus redolentem muneribus negotiandi dexteritate, doctrina, & vitæ recto exemplo, potiſſimum Ducibus, ac Timothæum itidem Abbatem pietate, & Religione præclarum ad Alexandrum horum Conſobrinum accedo, Patre Franciſco, Matre Nobiliſſima de Cepollis propagatum, qui Collegialibus ſumptis ſtemmatibus eius virtutis ſtatim crebreſcente nomine ad Magiſtratus euehitur, maiores tamen non adhuc exercere voluit, verum cum iuriſprudentia apprimè calleat, in criminalibus cauſis Laycalibus Epiſcopatus Iudex, & Vicarius delectus eſt maioribus à virtute pollicitis.

Vixit Collegij noſtri etiam Ludouicus Eminentiſſimus Iuriſperitus Patrijs Magiſtratibus Clariſſimus, qui quamuis Bonioànnes appelletur, ex Enobarba, ſiuè Barbarubea tamen Gente ortum ſumpſit cuius vnica tantum ſupereſt filia Nobil. de Zucchis exarandi fratri nupta.

Cremonæ etiam Bonioannes reperiri illuſtres notum quidem eſt, an verò ex eodem ſtipite proceſſerint, ignotum.

CARO-

CAROLVS S. BONIFACII CO.



QVi ſuam debeat originem tanta propago exitare videtur Sanſouinum; eam tamen ex Attia Romæ præſtantiſſima Gente ab Atto Troiano propagata deducit antiquitatum ſcrutator eximius Corius, vna cum Frangepanis Eſtenſibus, & Soroſinis ex quatuor Fratribus efluxis qui Marteſanæ nomen impoſuere, quod ſi foret, nedum cum his verum cum Canoſijs, Alligeriis, & Liſchis, vna vt ſuperius annuimus radicitus eſſet.

Multa de hac antiquiſſima Gente ſcribere poſſem, at non ſatis non enim tanta heroum monumenta breui, & arido clauduntur ſtylo, quæ tamen quodammodo tetigit idem Sanſouinus dum eam inter Italiæ Illuſtres locauit cum dominij, & rerum geſtarum gloria per æuum clariſſima fuerit.

Huic Sambonifaciorum cognomentum caſtrum, in Veronenſi Agro dedit (antea quandoquidem de Trauerſarijs vocabatur) quo, & alijs Comitatus titulo, per tempus antiquiſſimum nulla memoria præſcriptum dominata fuit. Vrbibus quoque præfuit, Cremona enim Paulo, & Petro de Trauerſarijs, & Sancti Bonifacij Comitibus Rauena, Mantua, Verona, & aliæ, Bonifacio, & Richardino præter Lendenariam, Leniacum Portum, & alia opida innumera fuere ſubiectę.

BONI-

Bonifacius M. Reguli Filius M. C. LXIX.
Ludouicus M. CC. XI.

Rizzardus M. CC. XX. Veronæ Prætores fuere, & ſuper Diuæ Mariç Magdalenç Eccleſiç poſte hoc legitur monimentum.

Bonifacius ex Comitibus Sancti Bonifacij Prætor Veron. totius Vrbis nomine ſex ſoli iugera ad adific. Cœnobium D. Mariæ Magdalenæ D. D. Forzano Caſtello Ædituo Curatore M. CC. XI.

Prępotens etiam fuit Gens hęc bellorum inteſtinorum temporibus quibus tutiſſimus Guelphorum aderat Clypeus, vt omnes Veronenſium, & alienigenarum Hiſtoriarum Scriptores memorant, cuius rei Panuinius ita loquitur dum Rizzardum inter Illuſtres belli Duces nuncupat.

Nam in duas partes diuiſa Vrbs duas Nobiliſſimas Familias factionum capita conſtituit Guelphorum fuerunt Comites Sancti Bonifacij Gibellinorum, verò Monticuli. Cæterum inter reliquos, quos plures tulit Sancti Bonifacij Gens bello Illuſtres Viros Guelphæ factionis notiſſimus Dux, & tota Italia celebratus fuit Ricciardus Co. S. Bonifacij, qui &c.

Et alibi in Hiſtorijs Veronenſibus.

1253. Ricciardus Comes S. Bonifacij Guelphæ factionis, Nobiliſſimus in Lombardia Dux, belli pacisque artibus Clariſſimus Brixiæ obijt, ſepultus ad Prædicatores.

Hinc eſt, quod Summi Pontifices Comites hos ad ſupremos dignitatum gradus extulerunt, & apud Alexandrum ſuperſtitem Comitem huius Gentis præſtantiſſimum diploma vidi in arboris cortice antiquiſſimo caractere delineatum.

Claruere innumeri excelſi nominis viri, tum Patauij quo Ricciardus eius Vrbis Prætor ob egregiè nauata opera, præter cætera munera, Crucem vermiliam in argenteo aluco Ciuitatis proprium ſtemma, & S. C. obtinuit, tum Veronæ, cum extra ob id que Aquila Cæſarea antiquus cohoneſtatus, eſt Clypeus. At confunditur ſermo, in tot enim illuſtrium virorum multitudine quemque

quemque ſubaddere excitat calamus, & in tanta eorundem caterua, ordine deſerto ſpiritus confunditur, & ipse. Ad Carolum idcircò deueniam.

Parentes hic habuit Ludouicum Sereniſſimæ Reipublicæ Cathaphractorum ductorem, & Matronam Nobiliſſimam ex Comitibus de Iuſtis ſuperſtitis Iſabellæ ſororem M. Antonio Falctro Veneta Nobilitate, & ampliſſimis regiminibus conſpicuo nuptæ, verùm acerba eius ætate Patre perempto, ad literas à natalitio accitus inſtinctu ſe dedit Patauium (cuius Vrbis Nobilitate adhuc Gens potitur, ibiq; ſupereſt Ludouicus Comes opibus præſtantiſſimus) adiuit, & ab Antonio Aloyſio Andreghetto Iuris percepit elementa, & à præcipuis Academiæ viris ordinariam (vt inquiunt) Laurea quæſita Collegio adſcribitur anno 1641. poſt quod mox Extimariæ, mox Datiorum, mox Zigoſtatarum Iudex, mox Conſul deligitur, maioribus fruiturus quoties placuerit.

Fratres habet Iuſtum, & Vinciguerram Comites, illum Mandriolæ Abbatem, & Veronenſem Canonicum, hunc in Prælijs multis cordatiſſimum Cataphractorum Præfectum.

THOMAS DE HORTIS FR. CAPVCINVS.



HORTA Mediolanenſis ditionis vetuſtiſſimum oppidum, quod adiacenti lacui nomen conceſſit inſulam circumcludenti, quo D. Iulius mei nominis tutelaris anacoreticham vitam ſanctiſſimè duxit, ita vt ſcopulum ab infeſtiſſimis antea vexatum colubribus enixis exemerit Orationibus, Genti de Horta originem dediſſe inquiunt, & priſca monumenta, & Communitatis quodammodo comprobat æquiformitas, de Hortis exin nuncupata Mediolanenſi donata Ciuilitate, vbi, & Anſelmum, & Vbertum eius Nobiliſſimę Vrbis Conſules digniſſimos tulit, quos memorat Corius *Part.* 1. Verona tandem, vt aduerſas factiones aufugeret petita adeò opibus, & factionibus enituit, vt Iecerini temporibus ex ea Robertus floruerit Arcis fortiſſimæ Dominus, quem virum audacem, ac Præpotentem nuncupat Curtius.

Optimus etiam fuit Petrus, qui cum ditiſſimus eſſet multa pro miſerorum commodo donauit hicque his literis in D.Anaſtaſię periſtyllo conditus eſt.

Religione quoque erga Deum hæc claruit propago, cuius rei D. Mariæ in Campanea Organa, & Altaria multa per diuerſa Vrbis delubra diſperſa ab eadem maximo erecta faſtigio, & ſuperis

peris holocauſtis donata, teſtimonium exiſtunt, inter quos ſunt Auguſtinus humatus, in D. Daniele his literis.

Hic Cineres Auguſtini de Hortis defuncti Vxoriſque
Paulæ Carminatæ hæredumque ſuorum in hoc
tumulo teguntur MVLXXXVI.

Ibi enim maiorem erexerat Aram hoc monumento.

Sacellum hoc Beatæ Mariæ, Diuiſque Iacobo, & Philippo
dicatum quod Auguſtinus de Hortis huius Cœnobij
Protector iam tum cum in viuis eſſet animo
ædificatum haberet.

Petrus F. ex illius teſtamento erexit anno ab ortu
reſtitutoris, ac vindicis humanæ
libertatis: M. D. XCIII.

Nec defuit Ioan. Baptiſta Ioan. Pauli Equitis Frater, ex quo, & ex Angela à Puteo oritur Thomas mei Conſobrinus, qui clariſſimis adſcribi, dum iudicibus peteret maximæ virtutis experimentum exhibuit, ita vt eius nominis fama per Vrbem ſtatim euagare cęperit; Minores Magiſtratus exercuerat, & ad maiores properabat, cum mundi ſpretis nugis, Sacerdotalibus indumentis ſumptis Presbyteris dignitate decoratur, ſtatimque ſęculari, Clericalique veſte relicta, cilicijs, ac funibus corpus tegere maluit cum Sancti Franciſci Capucinorum Societatem ingreſſus fuerit, vbi vt vitę ſanctimonia, inter Illuſtres Religionis meritò computatur, ita inter celicolas ſemel Diuino annuente numine fulgentiſſimum ſuſpiciemus, inter cæteros Benedictum, quod nomen meritò, in Religionis aſſumpſit ingreſſu.

IOANNES PINDEMONTIVS.



BIni Cætus noſtri Pindemontanæ Gentis Ioannes enituere, alter vetuſtiſſimus, alter ſuperſtes nouiſſimus, illum antiquitatis memoria extollit hunc præſentis ſæculi colit, eo Collegium apprimè gloriatur, hoc Vrbs, Cętus, adgnati, cunctique Patriæ ordines exultant, qui quamquam atauam ſuperare virtutem difficillimum eſſe ſaperet, potenti tamen ac volenti facillimum eſſe docuit.

Patrem hic habuit ſpectatiſſimum virum Ioann. Baptiſtam matrem verò Lauram ex Marchionibus Carlottis, cuius originis antiquitatem à Nobiliſſima Gente de Garda inheſitanter ducimus, nedum ſcripturis, at clypei opitulante æquiformitate, ex quibus Canonici Iureconſulti D. Stephani Equites præter Vrbis ſupremos Magiſtratus glorioſè vixere.

Pollicioribus primum literis deditus Ioannes, adeò profecit, vt nullum dixeris parem, ſiuè Hetruſcę, ſiuè Latinæ, ſiuè Gręcę elocutionis loquaris eius enim teſtantur opera ab ſe vtroque ædita ſermone, quæ eius ingenij acumen patefaciunt, quorum inter cętera, elegantiſſima eſt Oratio in funere Excellentiſſimi Belli Ducis immortalis nominis Aloyſij Georgij D. M. Procuratoris habita, cuius dicendi ſublimitas tanti viri virtutem indicat. Nullum id latet, ſilentio igitur melius prætermittitur: pluſque eo

immen-

immenſam enim virtutis molem exiguo teſtari ſtylo abſonum; Nec cauſarum patronus percelebris, patrono non eget.

Magiſtratus ſupremos toties geſſiſſet, quoties cogitaſſet, verum inanis ambitio ab eximia virtute prædito profligatur, non tamen Conſulatum cęteraque tribunalia aufugere valuit quemadmodum nec legationem, apud Sereniſſimum Ducem, miſeris de quorundam Ciuium cauſis, à quà tamen cum amplius non eſſet opus deſtitit.

Ioannis virtutem dignouit Aloyſius Nouarinus, dum in eius Encyclopedia Epiſtolari ei præter cætera hoc ſpecioſiſſimo titulo ſcribit.

Excellentiſs. & variarum linguarum doctrinarumque peritia Nobili Joanni Pedemontio Patricio Veronenſi I. V. D.

ANTONIVS PORTALVPVS.



PAtricias inter Mediolani Gentes, Portalupam numerari teſtatur F. Paulus Moriggia; Ex quà noſtratem effluxiſſe inquiunt, quod ſi foret ab antiquiſſimis temporibus tranſitum ducere profectò neceſſum eſſet; quippèqui ab anno 1297. inter Izerini Conſiliarios Marcheſinum de Portalupis legimus ex quo ſuperſtites fuiſſe progemmatos ferunt, publica Inſtrumenta in Canon. Annal. regiſtrata. Rei enim veritas habet, Portalupos Veronæ fuiſſe antiquiſſimos idque prȩſertim vetuſtiſſima monimenta indicant in Diuo Antonio Maiori, & recentiora in D. Bernardini periſtyllo.

Hos etiam extullit Petrus inter prȩcipuos Vrbis Conſiliarios annis ducentum triginta circum antea cui Conciues admodum debent.

Ex his eſt Antonius Patre Hieronymo Hortus, qui Parmȩ primum politioribus ſtudijs imbutus Phiſicis exin glorioſiſſimȩ in hac materia Theſes ſuſtinuit, quas Sereniſſimo Odoardo Farneſio Parmȩ, Placentiȩ, &c. Duci Quinto nuncupauit Typiſque excuſſas vidimus Epigrammatibus cohoneſtatas, ab Co. Ferante Gazino Mantuano, Io. Maria, Ambroſio Maria Spinulis Genuenſibus, Stephano Palauicino eorundem Compatricio, Franciſco Maria San Seuerino Equite Parmenſi, Marchione Carolo Malaſpina, & alijs.

Ad

Ad Ciuiles Sanctiones Patauium reuerſus, poſt aliquot temporis doctoralibus inſignibus condecoratur, & tandem Collegiatis inſeritur 1644. vbi cuius elocutionis in patrocinandis, cuius Iuriſperitię in dijudicandis cauſis vis fuerit, patefecit. Conſulatum cęteroſque minores Magiſtrus tantum geſſit maiores adhuc non habuit, quia noluit id tamen in Patrię commodum negare non auſit, vt maximis de cauſis Orator cum Marco Antonio Clodio Comite pręfato Venetias accederet, quo publico bono totis viribus incumbit.

CARO-

CAROLVS BRENZONVS.



BErnardi ſupra exarati Gentilis, & per longam ſeriem pronepos oritur Carolus cum Alexandro Medico, & Hieronymo fratribus ſuperſtitibus Patre Octauio, Matre Benedicta mei Genitoris ſorore. Patrem viuentis virtutis memoria illuſtrat, cum enim eſſet non tantum Medicorum Collegij alumnus meritiſſimus verum Aſtrologus, Poeta, & Mathematicus incomparabilis immortalitatis nomen reliquit, idque teſtantur vaticinatæ natiuitates, & hæc opera à ſe ædita.

Compendium Logicæ
Tractatus de Peſte.

Tumulatus eſt Vir erudítiſſimus, & inter Vrbis noſtræ illuſtriores talium ſcientiarum merito collocandus in Eccleſia Sanctæ Claræ quo viuens Patri parauerat Arcam his literis.

AL E-

ALEXANDER BRENZONVS
In hoc Templo
Non abdicato Sepulcro
In Diui Firmi Maioris,
Et Liuia coniux,
T. Oſſa poni iuſſerunt
Oct. fil. Art. Med. D.
Memor
Optimorum Parentum
F. Anno Domini M. DC. XXX.

Talibus ſtimulis alitus Carolus Matre relicta curante, Patauium conceſſit, vt Atauas vtriuſque Genitoris ſectaretur virtutes, quod ita compleuit, vt ſtudijs perceptis laurea quæſita Cætui adſcriberetur anno 1647. eoque Magiſtratibus Conſulatus, cæteriſque iuueni conferri aſſuetis potitus eſt glorioſè, clariora indicans.

IOANNES DE HORTIS.



ORigine memorata naſcitur Ioannes Patre Petro Paulo, Equeſti decore inſignitò, Matre Aquilina ſpectatiſſimę Peregrinę Gentis Ioannis Peregrini, & Iuniprę Co. de Emileis genita Fratre Camillo Malaſpineo ſanguini coniuncto. Patauij hic Iuriſprudentię ſintagmata mecum recepit, & manu Antonij Aloyſij Andreghetti lauream reportauit. Collegio cohoneſtatur anno 1640. exinque Eſtimariæ, Zigoſtatarumque iudicaturam, & Conſulatum exercuit. Multa de huius virtute ſubnectere valerem, quemadmodum morum ſuauitatem conuerſandi dulcedinem, ac viuendi ingenuitatem at cum maxima neceſſitudine mihi annexus ſit, & toto ſtudij tempore eius congero extiterim, lubens prætermitto quia notum.

IVLIVS A PVTEO.



NON vt inter cuiuſuis tituli Iureconſultos Collegij merentes me hoc loco ponere volui, ſed vt ordine ſeruato locus mihi inter Collegiatos adſignatus ſecerneretur; ſi enim inter Hiſtoricos Panuinius ſe computauit, non ab re me inter Iureconſultos numerare eſt, non, vt imbecillitatem meam Panuinij eruditioni adęquarem, ſed cum doctoratus honos à Viro inſignito longè minus, ſeù penitus inſeparabilis ſit.

Meritiſſimo Patriæ Viro, & quorumcumque cognitioni clariſſimo Ioan. Baptiſta Patre nanciſcor. Cuius memoriam doctiores, tranſacti ac præſentis ſæculi Scriptores recolunt, inter quos, ſuperius memoratus, at meritis præconijs vnquam ſatis cohoneſtatus Eq. Franciſcus Pona Imper. Hiſtor. in eius elegantiſſimo volumine Elogiorum Illuſtrium Virorum cudendo Sec. III. ita de tanto Parente memoriam digniſſimam facit.

IO. BAPTISTA A PVTEO
JVLII F.
Medicus Philoſophus Celeberrimus
Parentem Virtute Æquauit:
Vinci Non Poterat.
Veron. Medicorum Ambo Collegij Sidera

Artium

Artium Longè Clariſſimam
I A T R O S O P H I A M
(Tunc Feliciter Impollutam)
Nouis Honoribus Auxerunt.
Pater In Filio Vixit
Filius In Patre
Probitate, Doctrina Nobilitate Conſpicuus.
V I R V M I N V I D I T O M N I S C I V M
Tabeſcenti Collegio Patriæ Ingemiſcenti
Furens Iniquiùs Parca
Suſtulit Quæ Florentem Rebus ac Fama.
Superſtitat Adhuc Tamen
Viuit Nam In F R A T R E Floret In F I L I O
Præcipuis V E R O N Æ Vrbis Luminibus
Columinibus.

Patrui veſtigia ſectari, parentibus peremptis, præoculis ab incunabulis mihi fuit, ita vt Iulio Auo item erepto adhuc annorum tredecim Mantuam, Bononiamque Patruo annuente accedo, Patauium tandem poſt Phiſicam ſuſceptam ab eruditiſſimo, & Nobiliſſimo Viro Carolo Emanuele Vizanio Senatorij Ordinis Bononienſis, poſtque Iuriſprudentiæ elementa percepta ab Ampliſs. Viro Cæſare Feramuſca Cod. Lectore Patricio Vincentino,& Veneto Alexandrum Sincliticum Iuriſtam vnicum, Cipriumq; Dynaſtem audio, & anno ætatis meę 18. optato ſtemmate induor luculenti in me ab Feramuſca habita Oratione. Verona repetita cùm adhuc iuuenis eſſem acerbitatem ætatis aliquandiù tranſire finiui, ita vt annorum 23.& Mēſium aliquot ętatis venia cunctis propicijs ſuffragijs implorata ijſdem Collegiatis adſcribor, ſtatimque minores Magiſtratus in mè gratioſe tranſtulere Comicię. Anno exin pręſenti 1652. Annorum tantum 26. ad ſuprēmam Vrbanę Præturę dignitatem elatus ſum, in cuius abdicatione hæc mihi ſtemmati appoſitę ſunt literę ſuper Mercatorum Prætorio.

I V L I V S A P V T E O I. V. D.
Auorum faſtigium, & Patrui virtutem
Benedicti I. C. æmulatus Præt. adiu.
P. Sem. M. D C. L I I.

LVDO-

LVDOVICVS ZVCHVS.



OMnes inter Bergomatas Familias, eam de Zuchis præſtantiſſimam memorant Scriptores, & pręſertim Achilles Mucius, quę voluentibus Mundi iacturis, priſco domicilio deſerto, duce, ſtrenuo quodam Pręfecto Patriam noſtram conceſſit, ibique adaugeſcentibus ſtatim opibus, honoribus, cognationibuſque Illuſtribus magnopere claruit, ſicuti erga Deum Religione, quocirca decoroſam Diuorum Nazarij, & Celſi in Æde aram videmus, ac Sacellum retro conſtructum, vbi Gentis Sarcophaga hiſce literis clauduntur.

H V M I
De Zuchis

Sublimi ſuper Arca.

Claræ Spuluerinæ.
Vxori benemerenti.
Et ſibi, & ſuis.
Jacobus Zuchus Maritus
Viuens
Monumentum poſuit
M. D. XLII.

Ex hac, præter cęteros memorię digniſſimos Viros, Antonius enituit, qui laurea Patauij ſuſcepta anno 1566. Collegio adſcribitur, ſtatimque Venetias Legatus ordinarius ſiuè (vt inquiunt) Nuncius mittitur, vbi adeo Patrię iura glorioſè defenſauit, vt ea repetita ad digniſſimum Vrbanę Pręturę munus euectus fuerit, cuius monimentum ita Mercatores reparatunt.

ANTONIO ZVCHO LEGVM
DOCTORE VICARIO.

Grandiora honoribus virtuteque egiſſet, niſi non nimis maturè fuiſſet ereptus.

Supereſt huius Nepos Ioannes Baptiſta, qui ex Nobiliſſima Matrona procerum de Veritate Ludouicum noſtrum ſuſcepit, qui politioribus perceptis literis, ſicque Poeticis, ad Philoſophiam iuraque conuerſus ſtatim ita profecit, vt pauciſſimi ſui congerones, ad talem peruenerint metam. Collegiatis adſcribitur anno 1648. nec multum poſtea minoribus Magiſtratibus condecoratus, vt Venetiarum eloquentiſſimos Patronos audiret eam ſe contulit Vrbem, quam cum incoluiſſet, eiuſque merita Patria dignouiſſet ordinarij Legati munere inſignitur, quam Prouinciam cordatiſſimè ſubſtinet Patrocinio.

FELIX

FELIX DE GRANDIS.



MVltiplex eorum de Grandis Veronæ Gens fuit, ſingulaque ſingulo ſtemmate vſa, cuius quidam, quamquam honeſto loco nati, clara tamen nobilitatis ſigna haud retulere; virtutibus tamen eorum nomen efferre maluerunt, inter quos ſunt Philoſophiæ, & Medicinæ Doctores, Poetę percelebres, Academię Patauinæ Vice Rectores, & alij. Quidam autem Patribus Nobilibus Orti, clariori annorum plus antea ducentum quinquaginta, natalium ſtemmate inſigniuntur Antonio Auctore inter ſui ſæculi Conſiliarios nuncupato.

Iſtarum neutra eſt noſtratis, ſed Mediolano oriunda, ab Nob. Gente de Caluaſinis iam Varenæ Dominis profecta, anno 1540. vt ex hoc lapide in D. Mariæ Scallarum periſtyllo ſub ſupraſcripto ſtemmate.

Antonius ex Varena
De Caluaſinis ſibi poſteriſque VV.
Para.
M. D. XXXX.

Hic Veronam venit, Gentiles verò inter Neapolitanos Nobiles ſunt modo computati, cognomentum tamen commutatum eſt priſcum, cum proceris ſtature Fratres Grandi Italicè com-

muniter vocati fuerint, & opibus claruerunt admodum à priuatis poſtea bellis parte maxima diminutis. Ex his eſt Felix noſter verè fęlix, verè grandis, qui Iuris prudentiæ laurea candidatus citò Venetias adiuit, vt litium aſſumeret patrocinium, quo ſtatim eius nominis fama ita prolatari cæpit, vt non tantum Conciues omnes litibus oneroſi, verùm cæteri permulti Venetæ ditioni ſubiecti ad ipſius virtutem accurrerint Patrijs reuiſis laribus, cætuque implorato famam longè reboantem Vrbs propinquam, ac adſtantem experta eſt; Neque hæc inferiori plebeiorum ordini, non artificibus, non Ciuibus, non Nobilibus tantum innoteſcunt, at ipſimet Principi Sereniſſimo, ita vt Ioanne Equite Prandino perempto Phiſci Patronus, & Iudex eius loco delectus fuerit, quod munus cum cæteris omnium exercet voto.

FINIS.

EN LECTOR. Illuſtres Collegij noſtri Iudices Aduocati, illi attamen quos ſcripturarum incendium, hieraticarum ſychiſis, Virorumque incuria colligere tantùm ſiuere, quibus ideò refragrantibus multos Iureconſultos antiquiſſimos, & multa eorum præconia prætermiſſa fuiſſe dubium non eſt; cùm verò omnes, qui huiuſcæ Cætus adimplent, iure, ſpecimina, inter Vrbis Illuſtres poſſint meritò nuncupari eorum nomina, partim quæ ex Collegialibus, partim quæ ex alienigenis ſcripturis recipere inficiatum non fuit neceſſum legentium oculis obnoxia ſubigere duxi, vt quorumcunque cupiditati, atque tantorum Virorum meritis ſatisfacerem.

Nomina ex Scriptoribus, & Inſtrumentis maximo labore exanthlata.

ROxo. Iudex viuebat anno	1073
Balduinus Scaliger	1100
Vuido Buſellus	1140
Adam Scaliger	1140
Bonus Zeno F. Lamberti	1140
Ioannes de Melara	1140
Vgo de Leniaco	1141
Henricus F. Adæ	1145
Otho de Capite Pontis	1145
Ermanus de Arboreia	1145
Bonus Zeno Magraſſus	1145
Balduinus Scaliger	1170
Vgucio Scaliger	1175
Vozo	1177
Conradus	1177
Bianchus Summaripa	1180
Bonifacius Scaliger	1200
Zoccus Scaliger	1201
Omnibonus de Gambarino	1207
Otho de Rege	1219
Ventura de Franceſchis	1219
Bonifacius de Roncho	1219
Mizzacauallus de Brundis	1219
Viualdus de Tinaldo	1219
Othonellus de Tumba	1219
Fulco de Oſso	1219
Antonius Maffeus Eques de Bononia	1220
Henricus de Follo	1223
Nicolaus à Verme	1226
Ardimulienſis Zacconellus	1226
Zulaſius Tholomeus Boſinus	1226
Ioannes de Bonacorſi de Crilliano	1226
Viualdus	1227
Bartholomæus	1227
Ventura à Ripa	1227
Albertus	1228
Martinus Lancia	1228
Bonus de Galeſcgnegna	1228
Bonauentura de Broylo	1228
Iacobus de Broylo	1249
Vbaldus de Broylo	1250

Bonutius de Bonutijs 1252
Ambroſius de Grottis 1259
Grotto de Trauerſijs 1259
Zeno de Chriſtianis 1259
Morandus Zenonis 1259
Peregrinus de S. Paulo 1259
Morandus de Centro 1259
Bauierus Summarippa 1260
Bonus de Montorio 1277
Bernardus de Altemano 1278
Vbertinus de Romano 1278
Thomaſinus de Narundino 1278
Rodulphus 1278
Thebaldus de Ponto 1278
Falco de Falconibus 1278
Petrus Guidotus 1279
Iccerinus della Bella 1279
Ioannes de Tedeſchis 1279
Othonellus de Riuarollo 1279
Iacobus de Fanto Entighetto 1279
Alexander Thinaldus 1279
Ioannes Spuluerinus 1279
Thomas Ranundinus 1279
Ireccus de Muſello 1279
Niger de Montorio 1279
Framundus à Ripa 1279
Obizzo de Louatellis 1279
Bonacorſius de Montorio 1279
Io. Donatus à Puteo de Mediolano. 1280
Lauarinus de Culionibus de Bergomo 1292
Gulielmus Seruideus 1298
Fridericus Scaliger Comes. 1300
Daniel de Bochafolo 1300
Nicolaus Faella 1300
Homobonus de Mariſijs 1300
Bartholomeus à Campanea 1300
Gulielmus de Maſio 1300
Bonmeſius de Paganottis 1300
Bonamentus Mambrottus 1304
Nicolaus de Altemano 1304
Petrus de Broylo 1320
Ioannes de Ribaldis 1320
Nicolaus de Nuptijs de Cremona. 1320
Nicolaus de Quinto 1320
Franciſcus Biuilaqua Eques 1330
Zenobius Allanus 1330
Nicolaus de Albertis 1330
Ioannes Summaripa 1330
Nicolaus de Lendenaria 1332
Veroneſius de Ponte Petræ 1333
Bindo de Cyprianis 1335
Bartholomeus q. Conradi 1335
Manzinus de Quinto 1338
Alexander de Bononia. 1339
Zilius de Ardimentis de Brixia. 1339
Zenobius de Cyprianis de Florentia. 1339
Ioannes Seruideus 1340
Gulielmus q. Iulfini Vic. Capit. Canonicus Plebis Perti 1340
Ioannes de Quinto Nicol. F. 1343
Petrus de Sacco 1343
Baptiſta de Fauentia 1343
Ioannes de Merzarijs 1343
Gulielmus de Paſtrengo 1343
Bartholomeus de Zizijs Cler. S. Conſolatæ de Imola 1343
Egidius de Ardimentis 1343
Bonſignorius de Brayda 1343
Vgolinus de Baldachinis 1343
Iulianus de Seſſo 1343
Gualuanus de Fragaſtore

Auen-

Auentini Med. fr. 1343
Beneuenutus à Falcibus 1348
Belengarius de Guiſcardis de Cremona 1346
Veroneſius de Dionysÿs 1351
Auguſtinus q. Gulielmi q. Iulſini 1352
Iacobus de Axerbis 1354
Franciſchinus de Frachanzanis 1354
Bartholomeus de Aretio 1355
Petrus de Tachelis 1355
Lanfranchus q. Odonis 1356
Bernardinus de Lambertis q. Raineriÿ de Regio 1361
Petrus Aliger, Dante etiam nuncupatus 1361
Gualterius de Taruiſio 1361
Valerius de Lambardis de Cortona *Vic. Scaligerum* 1363
Ardimentus de Ardimentis Zilÿ f. 1364
Auguſtinus de Falſurgo 1364
Franciſcus de Maphæis q. Rolandini 1367
Petrus à Sale 1367
Alteolerius de Alteolerÿs 1367
Stephanus de Seruis 1367
Petrus de Maroſticha 1368
Dominicus Panuinius 1368
Leonardus de Quinto 1368
Thomæus de Pilato 1368
Vlinus à Campanea q. Bartholomæi 1368
Auogarius de Auogariÿs q. Bracæ 1368
Bernardus del Bene 1368
Bonauētura q. Io. de Quinto 1368
Ioannes de Dionyſijs 1374
Ioannes Ceuolla 1378
Barnabas de Muronouo 1374
Baylardinus q. Bartholomæi della Scalla 1385
Ioannes de Pinamontis nunc de Pindemontis 1388
Iacobus de Paſſionibus de Ripa 1388
Barnabas de Morano de Mutina 1388
Antonius Malaſpina Marc. Canon. 1388
Galeottus Malaſpina Marc. Eques 1388
Thomaſius à Tabula 1388
Bartholomæus de Scaiolis de Regio 1388
Bartholomæus de Rugeriÿs 1388
Nicolaus de Morano 1388
Bartholomæus de Regio de Cremona 1388
Bartholomæus del Poia 1388
Iacobus de Capitaneis de Breyno de Pigna 1388
Vincentius de Vincentÿs 1388
Petrus q. Barnabei 1388
Thomaſius de Cambiatoribus de Regio 1388
Antonius de Papia 1393
Bartholomæus à Puteo de Cremona 26. *Ianuarÿ* 1396
Ioannes de Madÿs 26. *Ian.* 1396
Pantaleo de Albertis.
Aleardus de Gafforinis de Lazisio.
Peregrinus de Capolongbis Eques.
Iacobus de Fabris de Vicentia.
Montenarius de Montealbano.

Bartholomæus de Carpi
Iacobus Co. Iuliarius
Madius de Madijs
Io. de Emilijs de Brixia *Co. Pal.*
P. Franciſcus de Iuſtis
Io. de Caſtello
Gulielmus della Pigna 1434
Antonius de Bandis
Lelius de Iuſtis Eq.
Antonius de Paſſionibus
Georgius de Laziſio 1436
Iacobus à Stagnatis, num de Stagnollis
Thomas de Plicanto
Giliollus de Olduinis de Cremona
Iacobus de Spulverinis
Franciſcus de S. Sebaſtiano
Iuſtus de Iuſtis Co. Eq.
Georgius Summoripa Eq.
Petrus de Cereta
Laurentius de Turre
Io. Iacobus Guadagninus Co. Pal.
Bernardus Brenzonus 1445
Chriſtophorus de Campo
Gulielmus Guarientus
Thomæus de Turchis
Antonius de Peregrinis Eq.
Bartholomæus Cepolla Co. P. Eq.
Paulus Philippus Spulverinus Eq.
Gaſpar de Malſeſino
Paulus Andreas del Bene
Auguſtinus Pindemontius
Io. Nicola Faella Co. P. Eq.
Marcus de Mapheis
Manfrinus de Madijs
Philippus de Prandinis
P. Franciſcus de Cepollis Co. Pal.
Bartholomæus Centrego
Chriſtophorus Lafranchinus Co. Pal. Eq.
Albertus de Albertis
Vianinus de Miniſchalchis
Dominicus Guanterius
Dionyſius de Pompeio
Bartholomæus de Brenzono
Odo de Merlinis, aliàs de Cimerlinis
Antonius Montenarius
Marcus de Turre
Franciſcus de Carminatis
Antonius de Veritate
Ioan. Franciſcus de Campo q. Chriſtophori Eq.
Iacobus de Campo q. Chriſtophori
Io. Franciſcus de Guarnerijs
Peregrinus de Rodulphis
Andreas de Peregrinis
Andreas Banda
Michael de Cepollis Co. Pal.
Bartholomæus Pompeius
Marcus de S. Agata
Hieronymus de Madijs
Gaſpar de Turre
Nicolaus de Florino 1475
Antonius de Rodulphis 1475
Dominicus Guanterius
Guido Antonius de Mapheis Eq.
Petrus de Rodulphis 16. *Iunij* 1478

Leo-

Leonardus Cepolla Co. Pal. 14. Iulij 1485
P. Franciſcus de Brayda Eq.
Aleardus del Bene Co. Pal.
Iacobus à Bobus
Hieronymus Brauus
Bernardinus Graſſus
Alexander Pindemontius
P. Paullus de Triuellis
Nicolaus de Vico
Marcus de Turre
Hieronymus de Dionyſijs
Alexander de Marchis
Thomæus Pompeius Co.
Franciſcus de Pomedellis
Simeon de Albertis
Hieronymus Spuluerinus 1486
Franciſcus de Villafranca
Leonellus Tramarinus
Leonardus Brenzonus
Gulielmus de Zerlis
Silueſter Rambaldus
Bartholomeus Peregrinus Eq.
Iacobus Vergerius de Bergomo 22. *Iunij* 1488
Io. Ludouicus Faella Co. P. Eq. 1489
Nicolaus de Caballis Eq. 1490
P. Franciſcus Montenarius 1490

Hæc ex Collegij regeſto ſine intermiſſione depromuntur.

Hieronymus Marcobrunus de Leniaco 1490
Aloyſius de Albertis 14. *Iulij* 1490
Dionyſius Cepolla Co. Pal. 1490
Theodorus de Albertis 6. Octobris 1490
Nicolaus de Guasterijs 6. Octobris 1490
Franciſcus del Bene Co. Pal. 6. Octobris 1490
Ludouicus de Turre 6. Octobris 1490
Hieronymus de Veritate 8. Octobris 1490
Honuphrius de Bredis 20. *Septembris* 1491
Benedictus de Monte 1492
Omnibonus de Brayda 17. *Octobris* 1492
Petrus de Peronis 1497
Chriſtatus de Chriſtatis 10. *Nouembris* 1497
Nicolaus de Marlanis 10. *Nouembris* 1497
Iacobus de Guarientis 13. *Nouembris* 1497
Ioan. Baptiſta de Peregrinis 20. *Octobris* 1499
Benedictus Caſtellanus olim Tarabaſſa Cognom. 1499
Iulius de Turre Co. vlt. Decembris 1500
Euangeliſta de Euangeliſtis 5. *Ianuarij* 1502
Bonifacius de Guarientis 6. *Nouembris* 1503
Auguſtinus Zambonardus 10. *Nouembris* 1503
Philippus Vergerius 13. *Nouembris* 1503
Antonius de Friſonibus 6.

Maij

Maij 1504
Gabriel de Peregrinis 15. Ianuarij 1504
Auguſtinus Tertius 10. Martij 1505
Ioan. Franciſcus Cepolla Co. Pal. 7. Septembris 1508
Alexander Prandinus 8. Septembris 1508
Raphael de Guarnerijs 24. Maij 1518
Auguſtinus Lombardus 1522
Nicolaus Maphæus Eques 5. Septembris 1524
Thomaus Culpanus 26. Ianuarij 1525
Leo Baptiſta de Albertis 14. Octobris 1525
Ludouicus de Aligeris vlt. Nouembris 1525
Nicolaus Brenzonus 18. Decembris 1525
Marcus Marionus 4. Ianuarij 1526
Auguſtinus Mazzantus 11. Januarij 1526
Paulus Bellinus 18. Ianuarij 1526
Alexander de Monte 23. Decembris 1527
Aloyſius de Carminatis 13. Februarij 1528
Joann. Franciſcus Lauezola 10. Nouembris 1528
M. Antonius de Vicomercato 5. Aprilis 1529
Dominicus Turrianus Mar. Co. 1529
Angelus Maria de Albertis 8. Aprilis 1529
Marcus de Pignolatis 13. Martij 1531
Franciſcus Spoluerinus 17. Martij 1531
Biuilaqua de Biuilaquis de Laziſio Eq. 19. Aprilis 1531
Theodoſius de Rodulphis Eq. 4. Maij 1531
Theodorus Peregrinus Eq. 1534
Auguſtinus Capellus 10. Nouembris 1534
Franciſcus Cagalius 9. Martij 1534
Petrus Peregrinus 9. Aprilis 1534
Io. Andreas Cechinus 11. Aprilis 1534
Auguſtinus Rambaldus Eq. 13. Aprilis 1534
Iacobus de Caballis 15. Aprilis 1534
Hieronymus Rambaldus 17. Aprilis 1534
Donatus de Sacramoſiis Co. Pal. 9. Nouembris 1534
Scipio de Fontanellis 16. Nouembris 1534
M. Antonius Turcus 23. Nouembris 1534
Allegrus Carterius 18. Iunij 1535
Octauianus Peregrinus Eq. primo Iunij 1537
Ioannes Guarientus Eq. 30. Maij 1537
Maximilianus de Burgo 23. Ianuarij 1540
Nicolaus Ormanetus Epiſcopus

pus 4.Feb. 1540
Leonardus Spoluerinus 14. Augusti 1540
Aloyſius Circulus 17. Nouembris 1540
Thomas Vbriacus de Butironis 10. *Decembris* 1540
Carolus de Sancto Sebaſtiano 8. *Decembris* 1540
Christophorus Cartularius 26. *Nouembris.* 1541
Ruffinus à Campanea Eques Arch. Ver. 5. *Decembris* 1541
Thomas de Zacharijs primo Martij 1542
Camillus Capella Co. 16. *Iulij* 1542
Cæſar Scaltriellus 11. *Decembris* 1542
Bartholomæus Lafranchinus Co. Pal. 16. *Ianuarij* 1543
Nicolaus del Bene Co. Pal. Præsb. 11. *Decembris* 1543
Bartholomæus Aleardus 11. *Iunij* 1544
Hieronymus Franchus 3. *Decembris* 1544
Ioan. Baptiſta Maranus Eq. 18. *Maij* 1545
Franciſcus Serenellus 10. *Nouembris* 1545
Petrus Saibantus 14. *Decembris* 1545
Thomas Becellus Eq. 9. *Iunij* 1546
Ioann. Franciſcus Bagolinus 25. *Augusti* 1546
Iulius Miniſcalchus Eq. 9. *Decembris* 1546
Matthæus Tocolus 16. *Decembris* 1546
Stephanus Iuliarius Co. Pal. 16. *Aprilis* 1546
Benedictus Cepolla Co. Pal. 23. *Maij* 1547
Petrus Biuil. Laziſius Eq. 16. *Maij* 1548
Ioan. Franciſcus Fracaſtorius Eq. 18. *Octobris* 1548
Bartholomæus Monceleſius 1548
Alexander Capella Co. 18. *Decembris* 1549
Lelius de Zanchis Eq. Epiſc. 5. *Ianuarij* 1541
Iulius Montenarius vltimo Augusti 1541
Pius Turcus Eq. 7. *Septembris* 1551
Nicolaus Lizzarius 10. *Decembris* 1552
Hieronymus de Brayda 28. *Nouembris* 1552
Camillus Saibantus 8. *Nouembris* 1554
Bartholomæus Guidottus 29. *Nouembris* 1554
Alexander de Liſcha Co. Eq. 17. *Decembris* 1554
Nicolaus Banda 24. *Ianuarij* 1555
Dionyſius Serenellus 14. *Februarij* 1555
Hieronymus de Caballis 11. *Martij* 1555
Bartholomæus Turcus Eq 5. *Decembris* 1555

Ga-

Gaſpar de Emanuellis 21. Ianuarij 1556
Camillus de Rodulphis 7. Nouembris 1556
Paulus de Veritate 5. Decembris 1557
Iulius Cauichiollus 27. Iunij 1558
P. Franciſcus de Brayda Eq. 19. Nouembris 1562
Daniel Nicheſolla 22. Decembris 1562
Camillus Capellus Eq. 25. Maij 1564
Antonius Zuccus 17. Octobris 1566
Nicolaus de Cottijs 24. Octobris 1566
Io. Iacobus de Todeſchis Eq. 21. Nouembris 1566
M. Antonius Madius Eq. 22. Decembris 1568
Iulius de Sacramoſijs Co. Pal. 10. Februarij 1569
Georgius Spoluerinus 16. Maij 1569
Nicolaus Vulpinus 22. Decembris 1569
Hieronymus de Monteſilice 24. Iunij 1570
Leonardus Montenarius 21. Februarij 1570
Guido Turrianus Marc. Co. 28. Aprilis 1570
Bartholomæus Cartularius Epiſc. 11. Decembris 1570
Leonardus de Broylo 12. Decembris 1571
Vbertus Nicheſolla 20. Decembris 1571
Aloyſius de Rodulphis Canon. 15. Decembris 1572
Carolus de Sacramoſijs Co. Pal. 23. Nouembris 1572
Camillus Peregrinus Eques 26. Octobris 1573
Florius Pindemontius Canonicus 2. Octobris 1574
Auguſtinus de Vico 7. Decembris 1574
M. Aurelius Peregrinus 5. Iunij. 1576
Aurelius Praudinus Eques 9. Iunij 1576
Auguſtinus del Bene Co. Pal. Eq. Conſ. R. 7. Aprilis 1578
Gherardus Rambaldus 2. Aprilis 1579
Iacobus à Secha Eq. 9. Aprilis 1579
Octauius de Biuilaquis de Laziſio 22. Decembre 1581
Benedictus Caprinus 8. Ianuarij 1582
Franciſcus Corſinus 9. Decembris 1583
Fabius Nicheſolla 24. Maij 1584
M. Antonius de Fontanellis 9. Septembris 1586
Paulus Brenzonus 13. Septembris 1586
Claudius Serenellus Eq. 27. Maij 1587
Jacobus Moſcardus 4. Iunij 1587
Hieronymus Nouarinus 4. Maij 1589

Ca-

Carolus Cauichiollus 27. *Maij* 1589
Ortenſius Pignolatus Co. 20. *Decembris* 1589
Licurgus Spuluerinus 10. *Ianuarij* 1590
Bartholomęus Maphæus 6. *Decembris* 1590
Io. Aloyſius Pratus 14. *Iunij* 1593
M. Antonius Gulientius 18. *Decembris* 1593
Antonius Maronea 5. *Febr.* 1597
Octauius Laſtanchinus Co. Pal. 19. *Decembris* 1597
Flaminius Maronea 1597
Vincentius Manuellus 25. *Iunij* 1601
Alphonſus de Buris 22. *Maij* 1602
Franciſcus Calderinus 20. *Martij* 1603
Oratius Broionicus 17. *Dec.* 1603
Saluſtius Dionyſius 5. *Iunij* 1604
Auguſtinus Iuliarius Co. Pal. Canonicus 4. *Decembris* 1604
Donatus Salutellus
Ludouicus Bonioannes de Barbarubeis 20. *Aprilis* 1606
Io. Antonius Culpanus 28. *Martij* 1607
Bartholomæus de Cottijs 10. *Decembris* 1610
Io. Prandinus Eq. 7. *Ianuarij* 1611
Io. Baptiſta Peccana 14. *Decembris* 1616
Aloyſius de Alleardis 17. *Decembris* 1616
Aloyſius Stagnollus 20. *Decembris* 1616
Ioannes Spoluerinus Eq. Conſult. R. V. 12. *Iunij* 1617
Io. Ambroſius Falconus Eq. 14. *Februarij* 1618
Io. Vincentius Maphæus Eq. 19. *Decembris* 1618
Camillus Salernus Eques 11. *Decembris* 1620
Domitius Calderinus
Octauianus Peregrinus Co. 11. *Martij* 1621
Alexander Fratta 17. *Februarij* 1622
M. Antonius Corſinus 24. *Nouembris* 1623
Benedictus à Puteo 29. *Nouembris* 1623
M. Antonius Clodius Co. 4. *Nouembris* 1624
Leonardus Quartus 29. *Nouembris* 1624
M. Antonius Turrianus Co. 6. *Decembris* 1625
Franciſcus à Secca 22. *Decembris* 1626
Laurentius Bonioannes 19. *Maij* 1627
Lucas de Iuſtis Co. 26. *Februarij* 1628
Turnus Morandus 28. *Februarij* 1628
Albertus Marinus 2. *Martij* 1628
Bonauentura Gulientius 22. *Aprilis* 1630
Antonius Vitallius Eques 21. *Ianuarij* 1632
Aurelius Vergerius 11. *Septem-*

ptembris 1632
Io. Baptiſta à Bouo 26. Ianuarij 1634
Stephanus Fumarius 11. Septembris 1634
Paulus Montenarius 25. Maij 1639
Michael Angelus Algarotus de Temprarinis 28. Martij 1639
Alexander Bonioannes 24. Maij 1641
Carolus S. Bonifacij Com. 29. Maij 1641
Thomas de Hortis Fr. Capucinus 12. Decembris 1641
Ioannes Pindemontius 18. Decembris 1641
Fridericus Dondoninus de Baſſanis Co. 16. Decemb. 1644
Antonius de Portaluppis 23. Decembris 1644
Carolus Brenzonus 19. Decembris 1647
Ioannes de Hortis 1647
Iulius à Puteo 30. Ianuarij 1648
Ludouicus Zuccus 14. Decembris 1648
Carolus de Sacramoſijs Co. Pal. 17. Decembris 1648
Felix de Grandis 6. Iunij 1651

FINIS.

Errata, ex temporis breuitate exorta, Ortographicis legentium, commiſſis intelligentia, ita reſtituas.

*Pag.*3.*lin.*i.*dele* cum.13.8.*dele* ad.14.17.quod,quam.15.30.Lathario, Larario. 21.20. &, è.25.18. ſolendi, ſilendi. 25.26. quinque, ſex. 26.11. conſequutus, conſecutas. 28.18. reendum, rendum. 48.5.*dele* præſertim, 49.27. fore, foro. 52.11. Tectuli, Tertuli. 52.7. Conſtantinopolim, Coſtantinopolis. 53.1. breuis, breues. *ibid.* 7. Latharium, Lararium. 55.32. Xenotaphium, Cenotaphium. 58.7.*dele* &. 58.14. eos, eis. 62.8. Corroſum, Corroſus. 72.13. quorum, quarum. 74.20. interdictus, interdicti. 76.12. Clariſſimi, Clariſſimos. 77.8. Latharium, Lararium. 80.7. Denaſtæ, Dynaſta. 84.21. omittendum, omittendam. *ibid.* 30. Germes, Germen. 86.10. bellis, in bellis. *ibid.* 13. Io. Baptiſtæ, *lege* Virginij. 93.7. innumeram, innumeras. *ibid.* 20. reſpondidit, reſpondit. 99.6 Tridento, Tridenti. 101.1. aut, at. *ibid.* 25. *lege* Dat. ex Foſſadalbaro. 107.4. Piconis, Ticonis. 108.20. Senatum, Senatui. 109.26. Aſcriuio, Aſcriuij. 134.18. Latharia, Laquearia. 156.9. notiſſimus, notiſſimis. 159.7. ceruicijs, ceruice. 165.19. Hieroſolymitanum; *adde* Michaelis fratrẽ. 172.8. Arterij, Anterij. 173.14. *dele* &. 174.15. Romamq; *adde* ad. 177.3. Franzagam, Fanzagam. 196.9. Patauio, Patauij. 198.24. Aram, Aræ. 204.14. cernitur, cernimus. 205.2. Gauderij, Calderij. 213.35. Anno 1330. *lege* 1360. 214.5. ætates, Inueſtituras. 216.4. declaratum, declaratur. *ibidem* 5. Mriſſeſſo, Moiſeſſo. 222.8. *adde* Cyprij loco. 226.27. ſpectatiſſimi adoleſcentis. *ibid.* 28. ſecundi vnici. 249.17. incolauit, incoluit. 257.4. Dynaſtibus, Dynaſtis. 258.11. *adde* 1621. 263.21. *adde* in Aſtrologia, Græciſque Litteris perecud. 264.19. Linditium, Sincliticum. 271.9. adſcriptus, adſcriptum. 277.5. reperiuntur, reperiretur. 278.15. Claudere, Claruere. 279.3. *dele* ſolùm. 285.7. eundem alueum, idem alueus. 290.8. *adde* Clypei æquiformitas. *ibidem* 17. *dele* his literis. 294.5. quippequi, quippè quia. 300.18. tredecim, treſdecim. *ibidem* 26. ſiniui, ſiui.

VA1
1545828

Errata, in reperire [illegible] *Operarum* [illegible]
[illegible]

[illegible] 18. [illegible] conſi [illegible] 49. [illegible] Conſtar [illegible] 74. quorum, qu [illegible] Clariſſimi, Clariſſimo. 77. 8. [illegible] Dynaſte. 84. [illegible] omiſſum [illegible] 93. [illegible] reſpon [illegible] Tridento, Tricentis [illegible] 105. [illegible] Alcoran, Alcoran [illegible] mus, noſtiſſimi [illegible] Michaele [illegible] 174. [illegible] 177. [illegible] Patriti. Patrum. [illegible] 205. [illegible] Dynaſtis [illegible] Almilogis Graeci [illegible] 300. 18. tredecim, tredecim [illegible]

148
A:
32.

BI
VITT